M. Wexionius.

EPITOME DESCRIPTIONIS SUECIÆ, GOTHIÆ, FENNINGIÆ, ET SUBJECTARUM PROVINCIARUM.

Accuratiùs quàm unquam antehâc editæ.

ABOÆ,
Apud Petrum Wald/ Acad. Typog. 1650.

Illuſtrißimo Comiti ac Domino,

DN. PETRO Brahe/

COMITI in Wiſingzborg/ Lib. Baroni in Rydboholm & Lindholmen &c. Regnorum Sueciæ-Gothiæq; Drotzeto Magno, Senatori ſupremo, Regijq; Parlamenti Holmenſis Præſidi; Generali Magni Ducatus Fenningiæ, Alandiæ & Bothniæ Orientalis Gubernatori; Weſtmanniæ, Montanorum & DaleKarliæ Judici Provinciali; Regiæq; Aboënſis Academiæ Cancellario Magnificentiſſimo;

Domino atq; Patrono meo Gratioſiſſimo S.

I*Njunxit mihi Illuſt: T.a Excelſitas, ut accuratam, quantum fieri poſſet,* Patriæ Deſcriptionem *luci darem: quod ipſum etſi ſæpius antea meditatus; quippe cum ægerrimè tulerim aliorum regnorum ac rerumpubl. ſat exquiſitas* Deſcriptiones *extare, Imperium autem Sveo-Gothicum vix*

primis lineamentis adhuc ſatis exactè adumbratum nedum ſufficientèr expreſſum inveniri: Tanto tamen conatui me longè imparem judicavi, cum non modò antiquæ & recentioris hiſtoriæ accuratiſsimam cognitionem requirat, verùm etiam omnium in tanto Imperio locorum, morum atq; conſuetudinum ocularē inſpectionem, quæ vix uni homini contingere poteſt, diuturnam itidem rerum experientiam & intimam Status notitiam; Adeoq; quod difficilimum eſt, præſertim in hoc Imperij angulo ab Archivo Regni longè ſemoto, de ſingulis Urbibus, Provincijs, Territorijs atq; familijs Illuſtribus certa & evidentia documenta habere. Diu igitur cunctatus tantæ moli me ſubtrahere, eamq; in aptioris alicujus humeros reijcere ſeriò optavi; Verùm urgente clementèr Illuſtri T. Excelſitate ſæpiùs propoſitum, alijſq; viris doctis ac cordatis non tantùm aſſentientibus, ſed & ſuadenti-

bus

bus ac vigorem aspirantibus, animum recollegi & hoc quicquid est opusculi in nomine Sacro-Sanctæ Triados, ejusq́ gloriam, S.æ R.æ M.tis beneplacitum, dulcißimæ Patriæ & Patriotarum decus atq́ honorem, utinam fausto omine! aggreßus sum. Prævideo equidem haud paucis hosce labores arrisuros, nec pauciores fortaßis Momos ac Zoilos habituros: Cùm ita comparatum sit, præsertim apud nos, ut quisquis aliquid magni tentaverit, mox omnium non modò oculos, sed & invidiam in se convertat. Quapropter, ut contra malevolorum insultus tutior essem, constitueram suasu Illustr: T. Excelsitatis, hanc Patriæ aliqualem Descriptionem, Patriæ Parenti *incomparabili Sereniß: æ ac Potentiß: Reginæ* CHRISTINÆ AUGUSTÆ *Reginæ ac Dominæ meæ omnium Clementißimæ humilimâ devotione inscribere ac dedicare. Sed cum in primâ hâc delineatione multa*

 adhuc

adhuc, propter supradictas causas, desiderari et ulteriorem limam requirere facilè augurarer; ideoq; de pleniori et exactiori opere olim, DEO dante, exhibendo cogitare cæperam.: Illud S. R.æ M.ti, cujus hîc regna, Provinciæ, Urbes, Majores, Ministri, gesta et similia, passim describuntur, omninò deberi existimavi. Hoc verò, tanquam rudimentum, Illustriss: æ T. Excellentiæ, cujus jussu et authoritate illud incæpi simul et continuavi, non immeritò humiliter dedico atq; offero. Accipe igitur Illustriss: Comes, Domine gratiosissime, pro immensis in me beneficijs, hoc levidense munusculum; Idq; contra invidorum morsus & calumnias clementèr defende ac fortitèr tuere. Quod uti facturum supplex confido; Ita Illustriss: æ T. Excellentiæ vitam longævam, valetudinem prosperam & felicem in rebus augendu successum animitùs voveo. Iugitèr mansurus

Dab. ABOÆ
21. Jun. 1650.

Illustrissimæ T. Excellentiæ
Humil: atq; officiosiss.

Michaël O. Wexionius
Jur. & Polit. Prof. P.

Clementi, Gratioſo, benevolo & Candido Lectori S. P.

QVisquis es, Candide Lector, ratione gradus & eminentiæ convenientèr ſalutande, hunc meum laborem in DEI gloriam, Patriæ decus, hujuſq; amantium beneplacitum & miniſteria directum benignè interpreteris oro & obteſtor. S:ᵐ R:ᵐ M:ᵗᵉᵐ pro calidiſſimo ſuo in Patriam, ejuſq; honoribus & emolumentis velificantes, affectu Clementiſſimè non improbaturam humilimè confido. Illuſtres verò regni Proceres alioſq; ordinis Equeſtris humilitèr & officioſè rogatos velim ne vitio mihi vertant, ſi omnia majorũ decora & familias concernentia hîc non inveniantur. Quod quidem hâc vice pagellarum brevitas & documentorũ quæ ad manus fuere paucitas prorſ⁹ impoſſibile effecit. Pleniorem informationẽ nact⁹ officio meo, adjuvante DEO, minimè ſum defuturus; nec cuiquam juſtã conquerendi anſam relictur⁹. Admodùm reverendi itidem Epiſcopi, religionis in patriâ columnæ, perofficioſè mihi orandi ſunt, ut ex ſuis tabulatis & archivis, ea quæ ad præſentis operis complementũ fa-

cere possunt, benignè comunicare non gravetur: Et ea quæ hic posita in dexteriorem partē interpretari. Nec minus Nobilissimos ac Consultissimos Urbium Præsides & Consules, cæteroſq; monumentis alicujus momēti instructos, ut ea quæ ad Patriæ ornamentū inseri queunt, conferre haud dedignentur, debitâ cum veneratione rogatos habeo. *Omnes deniq; ac singulos Patriæ amantes patriotas, & quibus decus ejusdem curæ cordiq; est, summo studio exoratos cupio, ut hosce conatus apud se & alios candidè interpretentur.*

Deplorandum equidem est, priorum temporum injuriâ sæpius contigisse, utinam idem adhuc dum non eveniat! ut non modò si quis virtute, opibus, meritis, gratiâ principis emineat, multorum invidiæ exponatur, qui eundem prorsus evertere conantur: Verum etiam si quis aliquid magni audeat, pro favore livorem, pro patrocinio internecionem, pro benignâ censura & applausu risus & cavillationes inveniat. *Quod non minima sed vel præcipua hactenus fuit causa, cur tàm pauci etiam in hoc studij genere aliquid felicitèr tentârint. Sed meliora spero. Faventem Lectorem DEO omnipotenti comendans.* Id saltem moneo; Quicquid hic positum, ex certis documentis, fidâ αὐτόπτων relatione, propriâve experientiâ desumptum esse sciat, valeatq;.

IN-

INDEX
Librorum & Capitum
Hujus Operis.

LIB. I. De Chorographicâ Descript:

CAPUT I.

LIB. II. *De Antiquitate et origine gentu Sueo-Gothicæ & Fennicæ.*

LIB. III. *De LINGVIS.*

8. De

LIB. IV. *De Genio & Moribus.*

LIB. V. *De Politica Administratione.*

7.de

5. de

5. de Calmaria, Calmare.
6. de Aboâ, Åbo.
7. de Wiburgo, Wiborg.
8. de Nycopia, Nyköping.
9. de Westervvikio, Wästerwijk.
10. de Gevvalia, Gäwel.
11. de Wisbya, Wijsby.
12. de Falonia, Fahlun.
13. de Arosia, Wästeråås.
14. de Arbogia, Arbogha.
15. de Oerebrogia, Örebroo.
16. de Junecopia, Junecköping.
17. de Kopia, Köping.
18. de Helsingforsio, Helsingfors.
19. de Hudvviksvvaldio, Hudwijkswald.
20. de Wasa, Wasa.
21. de Lidcopia, Lidköping.
22. de Mariæstadio, Mariestadh.
23. de Carlstadio, Carlstadh.
24. de Lincopia, Linköping.
25. de Stregnesio, Strängnääß.
26. de Hernösandia, Hernösand.
27. de Uhlaburgo, Uhlaborg.
28. de Torsilia, Torsilia.
29. de Boarhosia, Borhåås.

30. De

30. de Wänersburgo, Wänersborg.
31. de Enecopia, Enecöping.
32. de Sahla, Sala.
33. de Sigtunia, Sigtuna.
34. de Oeregrundia, Öregrund.
35. de Telgio Boreali, Norre Telge.
36. de Hedenmora, Hedemora.
37. de Lindesosio, Lindeshåås.
38. de Nohra, Nora.
39. de Askesundio, Askesund.
40. de Scaris, Skara.
41. de Wexionia, Wäxiö.
42. de Bogesundio, Bogesund.
43. de Sudercopia, Söderköping.
44. de Skeningia, Skeninge.
45. de Telgio-Australi, Södre Telge.
46. de Ekesiogia, Ekesiö.
47. de Wadstena, Wadstena.
48. Hio, Hio.
49. de Skedvvikio, Skedwyk/vulgò Sköfde.
50. de Biörneburgo, (al: Arctopoli) Biör-
51. de Raumo, Raumo. (neborg.
52. de Tornö, Tornö.
53. de Christinæ-portu, Christine Hampn.
54. de Sundsvvaldio, Sundswald.

55. De

80. De

80. de Parnoviâ, Pernow.
81. de Wenden. —
82. de Felino, Felin.
83. de Kexholmia, Käxholm.
84. de Wolmeriâ, Wolmer.
85. de Käkenhwsio & oppidis Osiliæ.
86. de Urbibus Hallandiæ in genere & Halmstadio in specie.
87. de Lagaholmia, Lagaholm.
88. de Wardberga, Waarbärg.
89. de Falchenburgo, Falkenbärg.
90. de Regio monte, Kongzbacka.
91. de Urbibus Germaniæ, Suecicæ Coronæ subjectis, in gen: & de Stetino in specie.
92. de Sundio, Stralsund;
93. de Wismaria. Wismar.
94. de Gryphisvvaldio, Gryphzwald.
95. de Wolgasto, Wolgast.
96. de Gartzio, Gartz.
97. de Damio, Dam.
98. de Golnavia, Golnaw.
99. de Wollino, Wollin.
100. de Oppidis Bergen, Putbus, Anclam & Pasevval &c. Nec non oppidis Ducatus Bremensis inclusivè.

B Lib.2.

12.

12. Uffo,
13. Hundingus.
14. Regnerus.
15. Hothebrothus.
16. Attilus.
17. Hotherus.
18. Rodericus Slingeband.
19. Attilus 2.
20. Botolphus, aliàs Bothvildus.
21. Carolus 2.
22. Grimmerus.
23. Tordo.
24. Gotharus 1.
25. Adolphus.
26. Algothus.
27. Ericus 2.
28. Lindormus.
29. Alaricus & Geſtblindus æmuli.
30. Ericus Diſertus 3.
31. Göthricus.
32. Haldanus.
33. Philmerus.
34. Nordianus.
35. Sivardus & Carolus 3. æmuli.
36. Ericus 4.tus
37. Haldanus 2. Suec: & Ungvinus Goth: R,

38. Regnaldus & Sivvaldus.
39. Amundus 1.mus
40. Hacho seu Haquinus Su. & Sivardus G.
41. Ingo 1.
42. Nearchus.
43. Frotho.
44. Urbarus & Fiolmus & Suercherus 1.
45. Ostanus & Valander.
46. Attilus 3. Vilburus & Domalder.
47. Dignerus & Domarus.
48. Dagerus.
49. Alaricus.
50. Ingemarus.
51. Ingellus 1.
52. Germundus.
53. Haquinus Ring.
54. Egilus Wandelkråka.
55. Gotharus 2.
56. Fasto.
57. Godmundus.
58. Adelus.
59. Ostanus 2.
60. Ingemarus 2.
61. Biörno 2. & Holstanus 1.mus
62. Ragvaldus 2.
63. Svvartmannus.

64. Tor-

64. Tordo 2d.
65. Rodolphus.
66. Hathinus.
67. Attilus 4.tus.
68. Tordo 3.
69. Algothus 2dus.
70. Ostanus 3.
71. Arthus.
72. Haquinus 3.
73. Carolus 4.
74. Carolus 5.
75. Birgerus.
76. Ericus 5.
77. Tordo seu Torillus.
78. Biörno 3.
79. Alaricus 3.
80. Biörno 4.tus - - Incip. Locc.
81. Bratemundus.
82. Sivvardus aliàs Frö.
83. Herothus.
84. Carolus 6.
85. Biörno 5.
86. Ingellus 2.
87. Olaus Trätelia.
88. Ingellus 3.
89. Ericus 6. Wäderhatt.

90. Eriq

90. Ericus 7. Segersäll.
91. Ericus 8. al: Stenckil Hin milde.
92. Olaus 2. Skott Konung.
93. Amundus 2. Carbonarius, Kålbrännare.
94. Amundus 3. Slemme.
95. Haquinus 3. Rufus.
96. Stenchillus 2.
97. Ingo 3.
98. Halstanus 2.
99. Philippus.
100. Ingo 4. Ragvaldus 3. & Magnus 1.
101. Suercherus 2.
102. Ericus 9. cogn: Sanctus.
103. Carolus 7.mus
104. Canutus.
105. Svercherus 3. Junior.
106. Ericus 10.
107. Johannes 1.mus
108. Ericus 11. Läspe.
109. Waldemarus.
110. Magnus 2. Ladulåås.
111. Birgerus 2.
112. Magnus 3.. & Ericus 12.
113. Albertus Mechelburgensis.
114. Margareta.
115. Ericus Pomeranus ejus nom: 13.

LIB. 10. *De Religione, ejus mutationibus & Statu Ecclesiastico.*

11. De

11. de Aboënsibus Episcopis.
12. de Wiburgensibus Episcopis.
13. de Revaliens: Episcop.
14. de Superintendentib.
15. de Moderna administratione Ecclesiast.
16. de Scholis, Academijs & Gymnasijs.

Isti Decem Libri in Academiâ Aboënsi publicæ ventilationi expositi fuere his Respondentibus:

1. M. GEORGIO ELingio Sudermanno.
2. Dn. PETRO WArelio O-Gotho.
3. Dn. ERICO J. JUstandro Aboënsi-F.
4. Dn. PETRO And: Wangstelio West.
5. Dn. ERICO Claudij Torschenn Suderm.
6. Dn. GUSTAVO And: Æimeleo Fenno.
7. Dn. BENJAMINE M. Tolia W-Car.
8. Dn. JOHANNE STierna de Bolmsnääs Nobil: Smoland.
9. Dn. GABRIELE G: Thauvonio Feño.
10. Dn. LAURENTIO And, Forlundio Westmanno.

LIB. I.

LIBER I.

DE

CHOROGRAPHIA SVECIÆ, GOTHIÆ, FENNINGIÆq; ET SUBIECTARUM PROVINCIARUM.

CAPUT I.

De Limitibus Imp. Sveo-Gothici In Genere.

SVeciæ-Gothiæq; Regna, cum adjectis Provincijs, ab ortu *Moscoviâ* atq; *Poloniâ*, meridiem versus *Balthico mari & Daniâ*, ad occidentem *Oceano & Norvegiâ*, â boreali latere *Lappenia* clauduntur. Hæc antiquitas cum Norvegiâ insulam esse credidit. Nec frustra. Quippe flumen per Kiemiträsk/ extremitatem sinus Bothnici illabens, â fonte Hirwi Jock per Kola Jerffwi in glaciale mare exundantis, vix dimidio miliari distat.

Neq; ultra duo miliaria, caput lacus Kytki-Jerwi/per Pojerwitråsk/ *Albo Mari* juncti, â fluvio Bothnicum intra Kiemi/ ad ortum, influente abest. Et lacus fluminaq; per Blotråsk in Bothnicum sinum ruentia, citra dorsum regionis (Maansålke) ut album mare ad Kiemi ingressa ultra, haud procul ab invicem scaturiunt. *Tantillum Scandinavia ab insula differt.* Nec magis Fenningia. Fennico enim sinui, flumine Niewa lacus Ladoga jungitur: Ut huic per Sweri Onega, cujus extrema à Seis Jerwi/ qui per Telekina & fluentum Soroka albo miscetur mari, vix unius miliaris intervallo abjacent.

CAP. II.

De Antiquâ Regnorum Sveo-Gothicorum divisione.

REgna Scandinaviæ, quæ hodieq; Sveo Gothica Corona unita tenet, olim plura numerabantur. I. SUECIÆ, presse dicta, â Dalekarlorum Albi Svec: (Elff) ad sylvas Kålmården inter gr. 58. & 61. jacens. II. GOTHIÆ, ab iisdem sylvis ad fretum balthicum, inter gr. 55. & 59. extensum. III. WER-

WERMIORUM, Gothiâ, Norvegiâ, Sveciâ, & Helsingiâ, inter gr. 58. & 62. comprehensum. IV. HELSINGICUM, ultra flumen Elff/ seu Dalekarlum, ad Lapponiam usq; inter gr. 60. & 64. porrectum. V. FENNINGIÆ, Bothnico & Fennico sinibus inter gr. 59. & 66. conclusum. *Quibus alij Angermanniæ, Sudermanniæ, Biarmiæ, Finmarchiæ, Skidfinniæ & Iemptiæ regna accensent, ut undenarium numerum compleant.* Singulis quidem suos olim fuisse regulos constat. Skidfinnos verò suis etiam propriis quondam paruisse, ut contra antiquos jam non nego; Ita hodiè alios non esse quàm quosvis aquilonares super lignis (Skidor) currentes, certò scio.

CAP. III.

De Sueciâ, strictè dictâ, & territoriis in Genere.

Sueciæ Regnum, quasi centrũ est imp: TRES DUCATUS *Uplandiæ, Sudermanniæ, Wesmanniæ, & Comitatum* Nerikiæ continens. Mare balth: Gothiam, Wermiam, Dalekarliam & Gestrikiam interjacet. Sive â Swedia. i. e. Sylvas excisas comburere: (Sic enim ab initio excultum, etiamnum colitur). Sive â Söder/ quòd Norvegico & Helsingico australiùs sit;

 sive

ſive potiùs à primo fundatore, SVENONE q: Swens-Rijke dicatur. Propria à multis hæretrò ſeculis INSIGNIA, TRES CORONAS habuiſſe, antiquæ monetæ, diplomata, monimenta ſaxis inciſa, aliaq; documenta evincunt: Quæ uberior deſcriptio monſtrat. Dividuntur ſingulæ provinciæ, ſint Ducatus, ſint Comitatus, in ſua dominia ſeu TERRITORIA, quondam Hunderi/ dicta. *Centeni enim ex plebe Comites, conſilium ſimul & auctoritas aderant* (Regi ſz.) ut *Tacit.* ait. Poſtea Håreder appellantur, â Här/ exercitus; & Ore poſſeſſio, proprietas, divitiæ. Singula quippe territoria ſub duce territoriali, Håredz Höffdinge/ ſuos exercitus eduxerant. Qui à provinciali, Laghmader/ (judices enim ſimul fuerunt, uti jam ſunt) tanquam generaliori Duce regebantur. Eſtq; TERRITORIUM, tractus, (terræ ſpacium, aut Dominium) ſeu *Pagorum & Villarum ſocietas, peculiari juriſdictione armata & diſtincta.* Singula nempe territoria arva habent publica, Håredzalmenning; Curiam, Tingſtadh: Sigillum territorij, Håredz Signete; fiſcum & archivum, Håredz Kiſta; Carceremq; publicum & ſupplicij locum

locum. Neq; ex alieno territorio quenquam in ius trahere, ordinariè, fas est. Singula insuper territoria plures Ecclesias & parochias comprehendunt.

CAP. IV. *De Uplandia.*

UPLANDIA, vel â situ quòd cæteris Sueciæ Provincijs excelsior sit; (Upswea) sive ab UBBONE, à quo & antiqua Deorum, Regum & Musarum sedes Ubsalia, nominationem habet. *Insigne tenet Aureum pomum supernotatâ cruce deauratâ.* Ab ortu mari balthico, ad meridiē nobili lacu Mäler; ad occidentē flumine Sawo; ad septentrionem Dalekarlo limitatur. Regio frugum fertilitate præstantissima; & horreum Sveciæ, cœlo fruitur temperatissimo, pluvias tempestivè alternante, (agricolæ Trädesmusken vocāt) Agros campósq; planissimos latè pandit. *Lacus*, præter mare & Mäler/ ad latera, præcipui sunt; Harbosiö/ Temnen/ Järken/ Strömaren/ Trechörningen/ Fysingen. Fluvij rigant, Tiärpå/ Örbyå/ Alundå/ Sämeå/ Sala/ alijq;. Fontes innumeri, celebriores, S. Erici Ubsaliæ; S. Sigfridi ad Swingarn & Carls Källa/ in Roslagiâ. Silvæ pauciores

ciores, inter quos Noſten &c. *Dividitur* Uplandia in *Tres Partes*, quondam diſtinctis Regibus claras, teſte Sturleſonio in vitâ Ingelli Regis Ubſ. quæ Folklandiæ dicuntur; Tiehundrat, i.e. *decem Centuriarum*: Otthundrat/ i.e. *Octo Centuriarum*: Et Fierdhundrat/ i.e. *quatvor Centuriarum*. Prima, quæ borealior, fertilitate eminens, Upſala Öde/ i.e. Ubſalenſes divitiæ quondam dicta eſt. Innumera ſunt in hoc Ducatu Regum atq; Magnatum palatia & habitationes amœniſſimæ E multis paucæ Wånegarn/ Ekolſund/ quondam regiæ. Lindholmen/ Ridboholm/ Wijk/ Saalſtadh/ Fröſåker/ Tuna/ Diurſholm/ Penningby/ Carlbårg/ Roſenberg/ Bogſund/ Steninge/ Walſtanåås/ Runſa/ Skoo/ Grönſö/ Ståket/ olim Epiſcopi ſedes. Ekholmen/ Arnö; Broegård/ Kaſby/ Haga &c. Aſpenäs/ Skeboholm/ antiquitate clara, Biörnö/ Ytål &c. Hic quoq; COMITATUS Ortala. Ubi egregiæ ferri mineræ coluntur. Nec non ad Oſterby; Löſta/ Forſmark & Wäslandzbruk. Eſt Arx antiqua Örbyſlått. Urbes & Oppida præcipua ſunt *Holmia*, Metropolis; *Ubſala*, *Sigtuna*, Eneköping/ Öregrund/ Nortälge & Oſthammar. *De quibus plura deinceps.* Tet-

Trögde
Åsundz
Laghundz
Haghundz
Simetuna
Torstuna
Wåla
Frötuna
Vllåkers
Bålingz
Norunda
Dañemorsberg-slagh

H. Tÿerpa
Weslandz
Frödzåkers
Olandz
Rasbo
Warsala
Erlinghundratz
Håbo
Seminghundratz
Longhundratz
Nerdinghundratz

H. Siwhundratz
Walentuna
Lyhundratz
Solentuna
Broo
Fårentuna

Skepslagh.
Broo
Frötuna
Åkers
Dannerydz

Long: Uplandiæ est circitèr 23. mil. Lat: 18.

CAP. V. *De Sudermanniâ.*

SUDERmanniæ, ab australi situ dictæ, *Insigne est Gryphus niger, expansis alis in aureo campo.* Ab ortu mari, ad meridiem Kålmård/ occasum versus Nerikiâ, ad aquilonem Måler conterminatur. Regni olim titulo clara, sub R. Gramo, q unus fermè Ingelli R. Ubsal: insidias evasit. Frumentaria itidem regio est agrorũ fertilitate & piscationis ubertate abundans. Nec metallicis mineris ad Dunker, juleta Smartuna/ Tunabärgz-slag etc. destituitur. Tres habet partes; 1. Tören/ quam Måler in sinum maris ad Telgas immis-

immissus, insulam facit: Aliæq; minores non paucæ in mari circumstant. 2. Rekarna, ad Strengnesium, frumenti bonitate & copiâ præstat. 3. Commune nomen retinet. Lacus; præter mare, Måler & Hielmer/ qui regionem cingunt, potiores sunt Öliar/ Wingåkersiö/Långholsen/Koniwijk/Bågen/Lijksdam/Yngern/Sillen &c. Flumina; Trosaå & amnis Nycopensis in mare, ut Torsiliensis in Måler/ruentes. Minora sunt longè plura. Sylvæ, non adeò magnæ, Åkershed/Dunckersheedh/Biörnlundaheedh/Silleskogh. Fontes celebriores Rånnekälla/Nycopensiū ædes hortosq; rigans; Ragnilla Källa Telgis, & Fons ad Ludgo/ cui ingens lapis runicus astat. Palatia illustrium præcipua sunt; Regia Grypsholm/ Hörningzholm/ Wijsbyholm/ Tönnelsö/ Siösa/ Tullegarn/ Fälnäås/ Elfsiö/ Häringe/ Sundbyholm/ Laghmansö/ Tårna/Åkerö/Haneberg/ Julsta/ Täckhammar/ Målsåker/ &c. Urbes & Oppida; Nyköping/ Strengnäs/ Torsilia/ Södertäige/ Mariæfred/ Æschils Tuna & Trosa.

TERRITORIA 10.

Öknebo, Daghe, Åkers, Selebro	Häreds	Willåtingz, Rönne, Jönåkers, Oppunda	H.	Östre, Wästre	Rekarna.

Long: Suderm: est. 29. miliar. Lat. 16.

NERIKIA, sive Nederryke/ Norryke aut Närryke â situ, sive potiùs Näre Rijke/ â divitijs dicatur.: Olim quoq; peculiarem Regem habuit, (Sporsnäller ab Ingello Ubsaliæ concrematum) ad orientem Sudermanniæ, ad meridiem Ostgothiæ, ad occasum Westgothiæ & Wermiæ, ad septentrionem Wesmanniæ jungitur.. *Insigne habens duas in candidâ planitie transversim positas sagittas, quatvor purpureis rosis exornatas.* Soli tenuitatem, minerum abundantia, incolarum industriæ juncta abundè compensat. *Lacus*, post Hielmer/ Sudermanniæ communem, habet Tofften/ Torsten/ Biörken/ Sundesiön/ Teen/ Multen/ Withyesiön/ Mosisiön/ Qwismar. *Fluvios*, Trosa/ hasleforß/ & ad Målösa &c. *Sylva* hic est, Famosa Kåglan/ in cujus medio limpidus Fons fluit. Inter Aulas Nobilium hic præcipuas sunt Götzholm/ Kågleholm/ Hielmersberg/ Espelunda/ Ekeby/ &c. Urbem cum arce habet Örebroo: & Oppidum Askersund.

TERRÆ

TERRITORIA sunt 9.

Askers, [illegible], Kumbla } H. Hardmo, Grimstens, Edzbärgz } H. Örebroo, Glanshamarz, Sundbo } Häredt

Situs huius Comitatus, ad rotunditatem accedens, in circuitu mil. circiter 25. tenet.

CAP. VII. *De VVestmanniâ.*

WESTmannia (Wesmanland) â situ ad occidentem nomen traxit. Cui ad orientalem plagam *Uplandia*, ad austrum *Sudermannia* & *Nerikia*, ad occidentem *Wermelandia*; ad septentr: *Dalekarlia* contermina est. *Insigne habet tres montes, quinq; flammas in candido spacio evibrantes.* Quibus inexhausta metallorum abundantia in argenti, ferri, chalybis, plumbi ac sulphuris fodinis indigitatur. Quorum elaboratione non sylvæ, non flumina magis quàm incolarũ industria destituunt. Lacum Måler commũnem habet; Hallaren/Flåttiebosiön/aliosq; proprios. Flumina, post Swartå quã plurima. Montes Salbärg/Bißbärg/aliosq; iñumeros. Hic Regiæ Wåsby/ Strömsholm/ Ulfsund/ Östuna; Illustrium sedes Engzöö/

Tijdö/

Ithdö/ Mulhammar/ Lindö/ Fröhåker/ Aggarn/ Wijkhusa/ Hesle/ Geddeholm/ Kusta/ Walsta/ Grönö/ &c. Oppida; Arosia, Arbogia, Köping/ Sahla/ Lindesås & Nohra.

TERRITORIA 8.

Snäwinge		Tiurbo		Ytre	
Tuhundrets	H.	Norbo	H.		Bärgzlagh.
Siende		åkerbo		öffre	

Long. VVestmann. mil. 17. Lat. 14.

Hæc de Sveciæ Regno præsedicto.

CAP. VIII. *De Gothiæ Regno* in genere.

GOTHIAM, sive â bonitate, sive â Dijs i. e. potentibus, sive â fundatore dictam, peculiare Regnum, domi & foris potentissimum fuisse constat. Unde Gothos in alias terras exijsse patriæ leges evincunt, historiæq; confirmant. *Insignia habet Leonem super tres aquas reflexâ cervice salientem.* Ad ortum & meridiem mare balthicum Daniamq;, veluti ad occidentem oceanum; ad aquilonem Sveciam spectat. *Sylvis ac lucis omnis fermè regio conspersa est; Soli fertilitate, Cœli clementiâ aërisq; salubritate nulli aquilonarium cedens. Piscaturæ commoditatibus navi-*

navigatione & mercimonijs, aucupijs, venationibus, pecudumq; copiâ; lactis, mellis, glandium, fagorum, munerum, aliarumq; rerum usibus & oblectationibus humanis servientium abundantiâ cuivis antecellit. Noxijs v. animantibus minus infestata. Tres *insignes* Ducatus, Ostrogothiam, Smolandiam & Westrogothiam, cum adjacentibus Provincijs ac insulis, complectitur.

In Long: ultra 60. mil. numerans; In Lat. plus 32.

CAP. IX. *De Ostrogothiâ & Gotlandiâ.*

PRoxima Sueciæ OSTGOTHIA, Nomen â situ ad orientem accepit; Orientale latus mari, australe impeditâ Sylvâ Hålowid/occidentale lacu Wätter/aquilonare nemore Kålmård munitum habens. *Insigne monstrat Leonem inauratum, super 3. aquas in campo dimidio aurato.* Inq; ortivâ, östanstång; & occiduâ, Wästästång dividitur. Illa priùs sibi insigne vendicat; hæc *Dracon͞e volantem, rosis caput & pedes, alvū stellâ ornatum.* Regio maximè campestris & plana; Arva hortosq; colit fructuosissimos; Hordeum

seca-

secale, triticum, pisa, fabas bonitate juxta ac copiâ insigni, varioſq; arborum fruct⁹ abunde proferens. *Granarium Gothiæ* meritò appellanda. Nec mineris in Gogård/ Hälleſtadh & Åtwed caret. Lacus habet Roxen/ åſunden/ Glan/ Orlongen/ Ternlunden/ Sommen; & sinum maris Bråwiken/ flumen Motala/ è Wätter ortum, quod 16. minora recipit, colligentem. Sunt & fluvij Stång/ Mölebyå/ Rimfors/ Cappeleå/ Finſpång/ &c. Sylvæ Norſkegh & Gogårdſkegh. Montes Pukabårg/ åmebårg & Kåtelbårg/ ubi fons ahenum repræsentans. Nobiles item fontes sunt Ragnilla Kålla & Örkålla. Illustrium sedes magnificæ; Arces Steghborg & Bråborg: Tufefors/ Brokind/ Hendelö/ Säby/ Jdingſtadh/ Löffſtadh/ Grenſholm &c. Urbes & Oppida, *Norcopia*, *Lincopia*, *Sudercopia*, *Skeningia*, *Wastenum*.

TERRITORIA 17. *sunt*

Bierkindz öſtkindz Löningz Bankekindz Skärkindz Hanckindz	H.	Hamerkindz åkerboo Walkeboo Gulbergz Wijfolkz Hälleſtabergzſlag	H.	Bråbo Lyſingz Deals Göſtringz Aſka.	H.

Long. Oſtgoth. eſt mil. 21. Lat. 15.

Got-

GOTLANDIA, â Gothis, rates ibi colligentib. olim novas sedes quæsituris denominata. *Insigne Agnus cruce vexilliferâ, liliaq; duabus columnis insessa habens*: Insula est balthici maris, 14. ab Ostgothiâ milliarib. distãs. Ut quondã Lincopẽsi Episcopo, ita & Regib. Sveciæ subjecta. A vicino Dano aliquãdiu detẽta, ut nuper â Rege & Senatu eius Regni irrevocabiliter restituta, cuivis notum, & in ãpliori descriptione pleniùs deducitur. Terra pinorum, abietumq; navium & ædificiorum usibus aptissimorum, juniperûm, ferax; Pecora numero & magnitudine commendata alit; Et marmor Gothlandicum (Gotlandzsteen) copiosè emittit. Tres habet partes; Borealem, australem & intermediam; Urbem Wisbyam cum arce, Territoria 21. quæ Chronicon Gothlandiæ pag. 5. recenset.

CAP X. *De Smolandiâ & Olandiâ.*

SMOLANDIA, (aliàs meridionalis seu *Australis Gothia*,) vel â Smock i.e. bonus vel â parvis regionibus: Wärnsland; Tyohärdzlagsogu/ Möre/ Tiust/ Aspoland/ quas complectitur, dicta. Illa enim â Smola/ ut recens ita nimis inepta est denominatio: Cum nec omnis Smolandia hâc phrasi utatur, nec sola pecoribus abundet.

ad

Ad ortum *mari*, ad meridiem *Blekingiâ & Scaniâ*, ad occidentem *Hallandiâ* & VVestgothiâ; uti & ad Boream Ostgothiâ, in medio Hälawed/ terminatur. *Insigne est Leo capite erecto, intẽsoq; arcu & impositâ sagittâ minitans.* Glebam fertilissimam, licet arctiores agros, colit. Omnisq; generis animantibus, hujus Zonæ, & feris nobilioribus, piscibus, lardo, carne, caseo, butyro abundat. Quercubus & fagis, præ alijs, & piscaturâ dives. Lacus habet, partem & Wätter & Somens, Ostgothis communis; Item Sähyslön/ Linderäsiön/ Rettnen/ Solen/ Äsnen/ Möklen/ Bolmen/ Wijdöstern/ Tofften/ Helgesiön/ Kööf & innumeros minores. Amnes, Rißa & Laga; de quibus Suetice dicitur; The laga mängen Man aff daga. Est flumen ad Torsääs/ quod pons Brömsebro sternit. Helgeä/ Forsä/ Ärbyä/ Liungbyä & complures. Montes præ numero numerari nequeunt: Etsi multis in locis egregia etiam sit planicies. Nec tantùm è montibus ferrum & chalybs effoditur: Sed etiam in fundis lacuum & paludum, optimæ ferri mineræ inveniuntur, ex qui-

quibus levi labore, minimoq; sumptu optimum ferrum conficitur. *Fontibus* regio scatet; celebres sunt S. Sigfridi aliiq;. Arces munitissimæ sunt *Calmariensis*, *Iunecopensis* & olim Chronebergensis. Sedes illustrium sunt *Comitat9* Wisingzborg/ubi & Arx magnifica, cui in triangulo respondent palatia Brahuus & Westanå/ *Comitatus* Södremöre; *Baronatus* Bergqwara; Bergqwara antiqua, Langö/ Tofftа/ Bolmsnäs/ Kälunda/ Asa/ Höreda/ aliæq; quamplurimæ. *Urbes & Oppida*; *Calmaria*, Wästerwijk/ *Iunecopia*, *Wexionia*, Ekesiö/ & Wimmerby.

TERRITORIA Smolandiæ hæc sunt:

In Episcopatu Wexionensi, decem Territoriorum legiferatus (Tyo Häredz Laghsaghu.)

Sunnerbo	H.	Wästre	H.	Norwidinge	Häredt
östboo		östre		Albo	
Wäsbo		Vpwidinge		Kinnewaldz	
		Konunge		& Tweta	

Ad Lincopensem Episcopum nunc spectant.

Tiustbo	H.	Norre-Widbo	H.	Wista	Häredt
Tuna Läns		Södre-Widbo		Säwede	
Kinde		Moo		Asbolandz	
Ydre					

Ad Calmariensem Superintendentiam spectant;

Ambördz / Strandа H. Norra / Södre Möre Häredet. Cum Oelandia.

Oelan-

ÖLANDIA, quod nomen dictat, insula est balthici maris, eaq; omnium amœnissima: dimidio tantùm miliari *Calmariâ* distans. Cui *Insigne Cervus deauratus, clypeo coronatus.* Quòd huius animalis leporumq; copiâ apprime regio ista nobilitetur. Soli fertilitate parem vix habet, hordeumq; dat bonitate præcellens. Equos parvos, at robustos valdeq; dociles alit. Herbas saluberrimas, unde lac & butyrum, non medicinæ minùs, quàm alimenti loco est. Lapides etiam vicinis Gotlandicis haud viliores dat borealis pars, sylvis gaudens: australis neutrum habet. Arce munitur Borckholm.

Et TERRITORIA habet 8.

Åkerbo, Förbo, Slåttbo } H. — Runesteens, Möckleby, Algutzrums } H. — Hulterstadh, Gråsgiärds } Häreds.

Long: Oeland: est mil: 18. Lat. alibi 3. alibi 2. alibi vix 1.

CAP. XI. *De VVestrogothiâ & Hallandiâ*

WESTGOTHIA, quòd occidentalior sit GOTHIÆ Ducatus, dicta. Ab

ortu

ortu Wätter/ ad austrum *Smolandiâ*, ad occidentem *Hallandiâ & Oceano*, ad septentrionem *Norvegiâ*, *Daliâ* & lacu Wäner circumscribitur. *Insignia* ferens *Leonem dimidium inauratum, dimidium cæruleum, in simili planitie, inter duas stellas salientem*. Hic, non secus atq; in vicinâ *Smolandiâ*, læta pascua & immensi armentorum greges, quod Köpingenses, *Arosiana* aliæq; nundinæ & regiones variæ testantur: Quæ boum & pecudum ingenti copiâ hinc missâ, quotannis sublevantur. Casei etiam Westgothici magnitudine & præstantiâ celebres sunt: ne parmensibus quidem, nedum texensibus cedentes. Aquis supradictis, quæ omnium maximæ, navibus assvetis, lacus adiungit Strokne/ Lonen/ Alsungen/ Såmsiön/ Olsiön/ Faien/ öresiön/ ömsen/ Miör/ Aspen/ Sawen &c. Flumina; Goth-elba horribili lapsu Troll-Hättan/ famosa, Tyda/ Lyda/ Noos/ aliaq; minora quamplurima. Sylvæ notabiliores sunt, Tiwedh/ Fågremo/ Eeswägen/ Ryswed/ Kindeskegh/ Gälewedh/ Mellaskog/ Märungskog/ Stöpan/ Långaskog/ Hökås/ &c. Montes celebres; Kindekulla/ hortis clarus; Hundberg/ cuius verticem lacus & fluvii rigant, molarum usibus idonei. Hall/ Arx naturalis; Myssebärg; Billingen/ ällebärg &c. *Fontes* non ignobiles multi; qualis *S. Helenæ*, Sacello illustris & S. Olai &c.

&c. Arces Regiæ, Elgzborg/ Gulborg/ & palatia Magnatum, sunt Leckőő; (Ömseborg vix rudera apparent) Örsteen/ Lärid/ Steenaholm/ Öyernd/ Biurum/ Frödzlunda/ Fästernd/ Stola/ Bodetorp/ Säby/ Forstena/ Hiällö/ Nygård/ Attorp/ Siötorp/ Fårdal/ Hönsätter. & perplurima alia. Urbes & Municipia, *Gotheburgum*, Lidköping / Mariæstadh/ Stara/ Wännersborg/ Bogsund/ Hio/ Sködwedh/ Falköping/ Ahlingsäås.

TERRITORIA. 29.

Wertes		Biörke		Näß		
Redwägs		Wåna		Wijns		
Kindz		Åsa		Gåsene		
Marks		Wista		Kollins		
Ballebygdz	H.	Kållans	H.	Laska		Häredt.
Askems		Kinne		Barna		
Säfwedals		Kåkindz		Skånings		
Wätle		Gudhems		Walla		
Ahla		Wilska		Waßbo		
Flundra		Frökindz				

Quæ antiquæ VVestgothorum leges paulo aliter recensent: additis trib9, Moo/widhundå & Hijsingz Häreder/ Long VVestgoth. inter Junecop. & Elfzborg est mil. 29. Lat. inter Bijlabroo & Gulspång 30.

Episcopatus Westgothiæ duo sunt, (præter Superintendentiam Mariæstadensem) *Scarensis* & *Gothseburgensis*. Huic nunc *Hallandia* subjacet.

 HAL-

HALLANDIA Gothiæ provincia est, inter *Smolandiam, Scaniam, Oceanum, & Westgothiam* 22. mil: in long: porrecta: Cujus latitudo 5. mil: vix excedit; nisi quòd australior pars paulò latior. Glebam habet satis fertilem: Navigatione autem & mercimonijs maximè ditescit. Nomarchias 8. Koldingensis memorat. Oppida novi 5. *Halmstadium, Wardbergam, Lagaholmiam*, (non procul ab ostio Lagæ amnis) *Falchenburgum & Kongzbacka. Arces munitas Wardberg & Lagaholm.* Flumina verò, quotquot aliquo numero habet, è *Smolandiâ & Westgothia* descendunt. Paruit aliquandiu Danorum Regi. Sveo-Gothicæ autem Coronæ olim etiam subiectam fuisse ex Cap. II. tit: de iure Reg: ll. provinc: Suec: manifestum est. Et novissimâ transactione ad eandem hypothecæ titulo, in ann: 30. ne interea pactis fraus fiat, rediit. Quo tempore elapso, hæc ipsa, vel æquivalens regio, Sveciæ Coronæ â Danis in perpetuum cedetur. *Prout Cessionis literæ â R. Regniq; Danici Senatoribus subscriptæ, publicatæ & typis excusæ, universo orbi palàm faciunt.* Hæc de Gothico Regno, ejusq; Ducatibus, insulis majoribus & provincijs Coronæ Suecicæ unitis.

Cap.

CAP. XII. *De VVermiorum Regno in genere.*

VVErmiam, vulgò wermelandiam, sive à Wärn/ quasi præsidium, sive à Wäner/ cui adjacet, quasi WänersLand/ sive á lacu Wärmelen/ sive à calore denominatam; REGNI titulo quondam fuisse conspicuam, *Saxo*, Meursius, alijq; testantur; *Olonem* Daniæ Regem Wermiornm R. OLAI filiam *Esam* duxisse commemorantes. Cui *Regno Dalia, Wermelandia*, strictè dicta, *Dalekarlia, Westerdalia & Oesterdalia* accensentur.

CAP. XIII. *De VVermelandiâ in specie; Et Dalia.*

VVERMElandia, nunc COMItatus est, ad ortum *VVestmanniam & Nerikiam*, ad meridiem lacum Wäner/ ad occidentem *Norvegiam*, ab septentrione *Dalekarliam* habens. Cujus insigne, olim *Gulo in planicie candida*; Hodiè, *Aquila expansis alis & pedibus.* Terra, ad austrum planior ac feracior, ad aquilonem montibus, sylvis, paludibus & aquis obsita. Unde frugum ino-

pia piscatione, venatione & minerum abundantiâ rependitur. Sylvæ celebriores, Letestigen/ Bodarna/ Södermo/ Glaffwen/ Carlsskoga/ &c. Lacus, Wermelen/ Skageren/ Leesiö/ Fixen/ Glaasfiorden/ Yngern/ ubi piscis Röding/ soli Wätter communis, capitur. Fluvii; LeetElff/ Gulspång/ Såsan/ Jößefors/ &c. Aulæ Agnhammar/ Zygnetorp/ (ubi regium Vivarium) Såby/ &c. *Oppida* Carolostadium: Philipstadh & Christinæ Hampn.

TERRITORIA.

Östre Syflet	Wisnums, Grums, Nääß, Rüß, Wåse	H.	Wästre Syflet	Gilbergs, Jußee, Frysdals, Elffwedals, Nordmarkens		Häredt.

Alii paulò aliter enumerant Ölmeháradt & Bergslaget addentes.

DALIA, quasi *VVallensis regio*, quondam regni Wermelandici COMITATUS, etiamnum *VVermia* provincia est, ad meridiem annexa. Insigne, *Rubicundus Taurus, in planitie candidâ.* Pecorum quippe pastu boumq; magnitudine vicinæ Westgóthiæ non cedit. Sylvas, Torskoga/ aliasq; continet. Lacus, Hästefiord/ Elnesiö/ Wijksiö/ Lelång/ Swelläng/ &c. Flumina, Frännefors/ Rånkeström/ Daalbyå/ Degera/ &c. *Oppidulum* Brätte habuit, nunc Wennersburgum translatum, & Cas

& Castrum Daaleborg. In territoria non dispescitur; Sed in communi, Daalsland appellatur.

Tot: VVerm. Long: mil: 34. Lat. 51.

CAP. XIV. *De Dalekarliâ.*

DALEKARLIA, item â *convallibus* dicta, *Ducatus* est amplissimus, cujus orientale latus *Helsingia & Gestrikia*, australe *VVesmannia & VVermia*, occidentale *Henneomarkia Norvegiæ*, ut boreale Norvegici montes claudunt. *Insignia, duæ in crucis morem locatæ sagittæ, cum aureâ Coronâ, in candido campo.* Terra sterilior frumenti, sed metallorum feracissima. Flumina habet; Dala Elffwan/ orientalem & occidentalem; öra/ Wanan aliaq;. Lacus; Ingentem Selian/ Ronn/ Swerdsiö/ äffwansiö/ Warpan/ Tansen/ Grycken/ Roo/ & Rålleskön &c, *Montes*; inexhausto æris fundo, Käpperbärget/ Garpebärget/ Löfäsen/ & complures in Söderbärget alibiq; argenteis mineris plenos. *Nobilium palatia, ultra Dalekarlum, seu gr: 60. nec hic, nec in Helsing: regno, nec in orientali Bothnia hactenus ulla.* Oppida, hic sunt Fahlun & Hedemora.

TERRItoria Populosissima { Östra / Wästre } Dalarna

Long: 29. lat. 23. mil: Nunc Helsingiæ Regnum succedit.

CAP. XV. *De Helsingorum Regno in genere.*

HELSINGICI Regni antiquitatem & potentiam, multa domi forisq; commendant: Hälsingör (vulgò Helsenora) & Helsingburgum ad porthmum Danicum: Coloniæq; orientem versus in *Nylandiam* & cætera maritima deductæ. Proprias olim *Literas, Reges & leges*, hodieq; extantes, habuerunt. Ab ortu *Bothnico* sinu, ad meridiem *Uplandia & VVesmannia*, Occidentem versus *Dalekarlia & Norvegia*, & aquilonem *Lapponia* conclusum: In genere Norlanden dicitur. Agris, pascuis, piscatione, venationibus & aucupijs dives: *Gestrikiam, Helsingiam* (pressè dictam) *Medelpadiam, Angermanniam, Iemptiam & Bothniam occidētalem continet.* Ab agricolis & mercatoribus, cum clericis, militibus & iustitiæ administratoribus (inter quos nulli hîc genere illustres) inhabitatur. In territoria non secatur; navigiorum tamen societatum (Skipzlagh) antiquas

quæ II^is: meminerunt: Sed singulis Comitatibus, singuli judices, Prætor & Lænsmannus, justitiæ, tranquillitatis publicæ & viarum rationem ineunt.

In Long: 73. mil: in Lat: 90. numerat.
Sed de singulis provinciis aliquid dicendum.

CAP. XVI. *De Gestrikiâ.*

GESTRIKIA, Gästrikland/ ab hospitalitate dicta videtur, *Comitatus est Insigne habens Alcem inter 9. globulos in scuto candido.* Ortum *mare*, meridiem *flumen* Elff occidentem *Dalekarlia*, septentrionem *Helsingia* claudit. Præterquam fruges mediocres, ferri etiam mineras fert. Mercesq; suas ad vicinos Cuprimontanos, edax genus, magno cum lucro devehit. Lacus Hammarsiön est, & Fluvius, Häsunda Elff Oppidum maritimum, non ignobile, habet *Gevaliam.*

Regio in Long: mil: 12. in Lat. ferè totidem tenet.

CAP. XVII. *De Helsingiâ in specie.*

COMItatus Helsingiæ, Insigne habet,

 Deau-

deauratum caprum in aureo campo. Inter *Mare, Gestrikiam, Dalekarliam, & Medelpadiam* positus. Olim Sundhede vocabatur. An verò modernum nomen à Thor Helsing/ (ut Norveg. Chron: asserit) An hic potiùs à regione; Illa ab Halß/ vel Hälsa/ i. e. salubritate acceperit, nunc in medio relinquo. Solum insuper fruges, linum & pascua ubertim profert. Unde linteamina, butyrum & caseus, magna incolis lucra ferunt. Nec parva etiam piscationes & venationes. Inter celebriores *Sylvas* sunt Blaksås/ Bölesko-gen/ Ödemärden. *Lacus,* Bårwijken/ Dill/ etc. *Fluv:* Liusna/ Worna/ Kijla/ Tona. *Oppida,* Hudwijkewald/ & Söderhampn.

Long: est ferè mil: 27. Lat. 16.

CAP. XVIII. *De Medelpadiâ & Iemptiâ.*

MEDELPADIA Comitatus, â medio inter ingentia flumina Niurun Elff & Indalselff/ situ nomen sortita videtur; Et *Tres argentei coloris torrentes insigne ostentat. Mare* ortum, *Helsingiam* meridiem, *Norvegiam & Iemptiam* occidentem, atq; *Angermanniam* boream versus habet. Confi-

ni

ni Helsingiæ, quâ soli conditionem, non absimilis. Sylvis tamen & montibus frequentior, unde venationum & aucupiorum commoditates augentur. *Oppidum* est ibi Sundswald.

HUic regioni ad corum contermina est JEMPTIA, à quodam Kåtil Jempte huc profugo dicta, (ut habet Chron: Norveg:) Quæ ceu *Angermannia, Helsingiaq;* ad ortivam plagam, *Daliæ* ad austrum jungitur; Ita montibus Norvegicis (Fiällen/Kiöl) à *Norvegia*, occasum versus disterminatur. INSIGNIA *gerit, Duos Leones promißâ sibi Norvegiæ insignia tollentes*, cui á tergo Vir arcu & sagittâ minatur. Frugum, maxime autem pecorum dives; Venationibus, rangiferis & alcibus rem vehementer auget. *Inq; paræcias* quatvordecim dividitur.

Aliquando dubii juris fuit. Helsingorum Regi olim paruisse testis est Saxo Lib. 5. Svec: R subiectam c. 22. Köp. B. St. L. evincit. Aliquamdiu tenuit eam R. Norvegiæ. Proximâ autem pacificatione Sueo-Danicâ ad Brömsebroo 13. Aug. 1645. Intra pristinos terminos, à naturâ positos, in perpetuum, revocata est.

Medelpadia cum Jemptia Long: est mil: 39. Lat: 19.

Cap, XIX.

CAP. XIX De Angermanniâ.

ANGERmannia, nisi â pœnitudine, ab Angari/ quod vicinis fennis severum notat, vel â flumine Angermaño dicta videtur. Comitatus est insignia usurpans, *Tres Salmones cum reti, in solo cæruleo*. Ad ortum brumalem *Bothnicum mare*, ad meridiem *Medelpadiam*, ad occid: *Iemptiam*, ad boream *Lapponiam* spectat. Sylvis, montibus ac rupibus abundat. *Ubi verò planicies, gleba est fertilissima, ut stercorationem rariùs requirat, etsi quotannis conferatur. Tempestates tamen & frigus spem agricolarum sæpè intercipiunt. Mons* est celebris ac editissimus, *Skula*; *Sylvam* adjacentem denominans. *Fluvius*, Angermannus, alijq;. *Oppidum* Hernösand.

Long. est mil. 21. lat. 20. circitèr.

CAP. XX. De Bothniâ occidentali;

BOTHNia, à sinu Bothnico, quondam Dumshaaff/ nunc Botnen (fundus) dicta; Cui utrinq; ad orientem & occidentem adjacet: Indeq; alia Orientalis, Österbotn; alia occidentalis, Wästerbotn appellatur.

Hæc

Hæc Comitatus est, cui insigne, *Rangifer excelsis cornibus*. Inter *Lapponiam* & mare, ultra *Angermanniam* porrecta. Illud ad ortum, hanc ad austrum, istam ad occasum & aquilonem respicit. Minus montosa *Angermannia*; ob arenas tamen cœliq; rigorem, non magis fertilis. Piscationibus Salmonum, aliisq;, aquarum & sylvarum commoditatibus varijs, omnis facilè defectus suppletur. Pellibus autem preciosis ante alias regiones est insignis. Lacus habet, Buretråsk/ Arne-Jerffwi/ Håsesiö. *Flumina*, salmonum capturâ maximè nobilitata, Vmå/ Pitå/ Lodh/ Lulo-Elff/ Kalis/ Tårniå/ Aliaq; minora ut Windele/ BureElff/ Byskea/ &c. *Emporia*, occidentalis *Bothniæ* sunt Tårnio/ Vhmo/ Pitho/ Lulo. Extenditurq; secus mare, ad mil: 42.

ET hæc 4. Regna Sueo-Gothicâ communiter linguâ utuntur; Quæ nunc sub nomine *Sveciæ & Gothiæ* (dum huic VVermelandia, ut illi Dalia & Helsingia annumerantur) vulgò comprehendi solent.

Cap.

ULtra Bothniam LAPPONIA eſt, Regio ampliſſima & ſeptentionalium extrema. Incipit Ymalapmark/ paulò ultra gr. 64. Et ad gr. 71. extenditur, quæ Sueciæ ditionis eſt, ut notavit Pontan: ex Buræo. Ipſoq; mari glaciali alluitur. Parent ex oceani accolis R. Norvegiæ; Maris albi Moſco: mediterranei & auſtraliores ad Coronam Sueciæ pertinent. *Inſigne gentis eſt, Homo ſylveſtris, inſtar fauni, caput & verenda ramis obvelatus, clavam veterum gigantum more geſtans.* Regio ſylvis, montibus, paludibus, lacubus, fluminibuſq; tota referta, frugum impatiens. Pabula tamen alicubi ſat copioſa non deſunt. Carnes ferinæ & piſces ſiccati pro Pane ſunt. Ingentes hic aquæ, Hornafwan/ Storeafwan/ Tornetråſk/ Enoretråſk/ aliæq; maxima iſta flumina per Bothniam in mare emittentes. Lappi Suec: R. tributarij in quinq; Præfecturas, ex fluminibus denominatas, diſpeſcuntur.

Vna

Uma { Pijta { Kula	Lapmark	Torne { Kiemi	Lapmark.

Leng: plus 100. mil: lat. ultra 90.

Sed nunc ad Fenningiam.

CAP. XXII. *De Fenningiæ Regno in genere.*

FENNINGIA (quam & olim peculiares habuisse Reges historiæ memorant, & ad Wistulam se dilatasse testis est Ptolem:) imperio Sueo-Gothico incorporata, hodiè *Magnus Ducatus* audit. Sinus maris balthici, Venedicum (fennicum) ac Bothnicum, ipsamq; Lapponiam interjacens. *Insigne habet, Leonem Coronatum, dextro pede strictum gladium vibrantem, sinistro acinacem conculcantem: 9. rosis ornatum.* Dicitur regio incolis Swomi & Swomima/sive à Swomu (squamis) sive à Swoo; paludibus: utrisq; enim abundat: Sive à R. Sumbli, (Non dicam à Semo, cuius posteritate inhabitari creditur: quippe ex Asiâ veniente.) Purè latinis, ut *Plinio*, Fenningia; gens *Tacito* Fenni dicuntur. (In trivijs autem Finlandi & finlandia adhuc nimis frequen-

quentèr audiuntur.) Sueticè Finland/ ſivè å Finn/ſive à Fiende: Utriuſq; n.ratio in prõptu: ſivè à finna/ quòd in angulo inventa ſit. Terra non modò ſylvis, montibus, rupibus, fluvijs, paludibus, lacubus, verùm etiam pratis, fontibus, agris, luciſq; amœniſſimis ac fertiliſſimis referta. *Tanta profectò hic glebæ ubertas, tantaq; ſolis efficacia, quantam inexpertus vix unquam credet; Ex unâ tonnâ 15. terram reddere. Venationes aucupia & piſcaturæ ſunt abundantiſſimæ, unde quotannis immenſa ſalitorum piſcium copia in Sueciam lucroſè divenditur. Pinus, abietes, betulæ, juniperi ingentes paſſim ſylvas faciunt. Fagus nullæ; Quercus raræ; ſunt tamen hic in maritimis; ubi ſorbi, pomi, coryli, frutices S. Iohannis & ſimiles; porrum, allium, roſæ, variæq; herbæ injuſſæ ſuccreſcunt.* Tenet MAGNUS Ducatus nunc Principatus ſeu Ducatus minores; Fenningiæ ſpecialitèr dictæ; Tavvaſtiæ, Careliæ utriuſq;: COMITATUS Cajaniæ ſeu Bothniæ; Nylandiæ Alandiæ & Savvolaxiæ. Qui coronæ immediatè ſubijciuntur.

Long: Magni Ducatus eſt mil: 97.
Lat 79. circiter.

Cap.

CAP. XXIII. *De Orientali Bothnia, aliàs Cajaniâ.*

HElsingicum Regnum Cajaniâ, (vulgò Österbothn) excipit, ut positus, ab antiquo, terminus ad flumen Blå designat. Nunc *orientalis Bothnia ab occidentali* paulò ultra fluvium KiemiElff separatur. Habet *Cajania* ad ortum *Savvolaxiam & Tavvastiam*, ad meridiem *Fenningiam* (pressè dictam,) ad arcton *Lapponiam* & fines moscoviticos in dorso terræ, Maansälke. Unde Moscoviticæ aquæ versus ortum æstivum in mare album; Caianicæ ad occiduam partem in Bothnicum sinum fluunt. Nominis derivatio non patet, nisi â Kaino/ i. e. *verecundus* dicatur. Incolæ Suecorum soboles, eorum etiam maximâ ex parte linguâ utuntur. *Sex Mustelæ* Insigne sunt. *Fundus minimè sterilis; Fruges ad incolarum sufficientiam producens: nisi inclementior tempestas intervenerit. Ex pascuis & sylvis immensa butyri & picis liquidæ copia lucro est. Nec minor piscium, præcipuè luciorum & Salmonum. Lacus sunt* Belacräsk/ Pyhäjerffwi/ Reißjerffwi/ Lestjerffwi/ Ali Jerwi; *Fluvij,* KiemiElff/ SimoElff/ Jio-

C flodh

floth/ Ula Elff/ Sika Joki/ Pyhä Joki /Kala-
Joki /Lochtoä/ G. Carlebyä/ N. Carlebyä/ Wö-
roä &c. *Oppida*, Wasa/Fen: Mustasar. Ny Car-
leby/ G. Carleby. *Arces* Cajaneborg & Ulaborg.

Longitudo Caianiæ est mil: 28; Lat. circiter 60.

CAP. XXIV. *De Fenningiâ pressè dicta, & Insulis Alandicis.*

FEnningia, quingentos jam annos con-
tinuè Svecis obnoxia, ad orientem *Ta-
vvastia & Nylandia*, ad meridiem & occidu-
am plagam *mari*, ad aquilonem *Cajania*, par-
tim & *Tavvastia* cingitur; *in meridionalem
& septentrionalem*, flumine Aura Joki/ Metro-
polim ABOAM secante, divisa. Quam
posteriorem (Norfinland) rapidum flumen Kyrosiod ter-
minat: reliqua duo latera Tavvastiæ & mare ipsum attingunt.
Insigne Fenning: Sept: *Ursus erectus,
dextro pede auratum tenens ensem, binis
in solo medio deaurato stellis ornatus*. Sub-
dividitur hic *Ducatus* in Satagundias (Centurias:
Sata enim Fenn: 100. notat.) *Superiorem & infe-
riorem*: Quæ aliàs ad Territorium Kumo/
Kumegård; Lähn revocantur, ab antiquâ Re-
giâ Kumegårð/ denominatum; quem in-
gens

gens flumen Salmonum aliorumq; piscium capturâ celebre radit atq; denominat. Et duo insuper *Territoria*, Wiemo & Masko complectitur. *Pluribus rigatur fluvijs*; Kumo Elff/ Eworaå/ Laproå/ Nykyrkiå/ Loimi Joki; Nousiså/ Wirmoå/ Maskoå/ &c. qui omnes in mare ruunt. Inter magnatum palatia & sedes maximè eximias sunt; Säris/ Anoila/ Kiulaholm/ Kankas/ Läktis/ Nynäs/ *Oppida* sunt Biörneborg/ Raumo & Neostadium, Wasaborgensis comitatus caput. Oppidulum Nådendaal (lat. Vallis gratiæ) olim illustri cœnobio notum; nunc artificiosâ tibialium texturâ.

MEridionalis *Fenningia*, Söderfinland/ Insignia, *Aurata Galea, coronâ duobus cæruleis vexillis, cum deauratâ cruce, in simili solo.* Territoria hujus duo sunt, Pikis & Haliko; Omnis generis piscaturâ, frumenti, lupuli, aliarumq; rerum proventu abundantia. Hic jacet *Baronatus* Kimitö. Ubi marmor cæditur columnas templi arcis Holmensis, aliasq; exornans. Aliæ quoq; Nobilium sedes frequentes, ut

Åminne/ Kunegård/ Qwidia/ Brinkala/ Atu/ Worentack/ Kårkeås/ aliæq; permultæ. Hic *Magni Ducatus* metropolis est ABOA, cum arce. Kustöensis arcis vix rudera apparent.

Long: Fenning: mil: 29. Lat. 28:

ÅLANDIA, mari velut amnibus intersecta, inter *Sueciam Fenningiamq;* posita, quamvis huic vicinior, *Svecos* tamen incolas habet. Insigne *Duas damas inter 9. rosas.* Compluresq; insulas comprehendit. *Piscatura, avium paluslrium captura, & ovis (hic verè Solini Oonæ:) nec non navigatione incolæ sustentantur. Ex lignationibus & calce cocta non pauci etiam lucrum quærunt. Alcibus leporibusq; abundant, regiæ venationi reservatis.* Damæ & lupi rarissimi sunt. Arce *Castelholm hic Comitatus* munitur.

Cujus Long: mil: ferè 7. cum æquali latitudine.

CAP. XXV. *De Tavvastiâ.*

TAwastia, Fenn: Hämenma/ quasi Hämo i.e. affinis dicta, *Ducatus est mediterraneus,* ante annos 400, *Suecicæ Coronæ* adjectus.

ctus. Cujus insigne, *Lynx tribus supernè stellis, infernè rosis, in rubicundo solo decoratus*. Ad ortum *Savvolaxiam & Careliam*, à meridie *Nylandiam*, ad circiũ *Fenningiam Septentrionalem*; ad septentrionem *Cajaniam* habens. *Terra segetum ferax; Ubi frigus non præpedit. Et cespites subjectis lignis incinerati* (Kytö *vocant*) *dum conseruntur, immensa hordei, lini raparumq; vis provenit*. Aquæ piscosæ magnæ & multæ; Lacus, Peiende/ Rautalambi/ ex cujus fundo ferreæ mineræ (Rautafenn: ferrum est) extrahuntur; Ruodzilain/ Hołola/ Näsi Jerwi/ Longelma Jerwi/ Koserwi/ Rauta Jerwi/ &c. *Fluvij*, Tamerkoski/ Orhiwest &c. Kymen è Peiende effusus *Nylandos & Carelios* adit, utrosq; & hanc regionem limitans (à quo regia olim Kymenegård & præfectura Kymenegårds Lähn dicitur;) tandem in mare 4. meatibus erumpit. *Arx* est Tavvasthwa; fen: Hämenlinna/ à D. Bergero Jerl victore, A. Ch. 1250. excitata. In quâ *Toparcha* residet. *TERR.S*.

Sexmäki Hattula Hauho	Häreds	Öffre Nedra	Häreds.

Long: mil: 27. Lat. ultra 33.

CAP. XXVI *De Savvolaxia.*

SAVVOLAXIÆ, itidem à mari semotæ, dulcibus ubiq; aquis sese insinuantibus intersectæ (quasi à fumigante sinu dictæ) Insigne est *Arcus deauratus, sagittâ impositâ minitans, in fuscâ planitie.* Ad orientem *Kexholmensi* ditione, ad meridiem *Carelia,* ad occidentem *Tavvastia,* ad boream *Lappia Moscovitica,* intervenientibus aquis & montibus, continuatur. Sinibus & fretis aquarum innumeris divisa, quæ fermè per Woren in Ladoga exonerantur. Sylvas & cespites cum accendunt incolæ, omnes anguli & sinus fumo replentur, unde dicta videtur. *Quorum sementi incredibilis optimi frumenti copia respondet. Nec frigoris hic tanta vis. Arx est munitissima* Nyslåt/ *Fennicè* Usikinna; *circumfluis aquis, ponteq; ferreis catenis adductili firmata.* Inq; majorem & minorem *Savvolaxiam* dividitur.

Illa, Parœcias		Hæc;		
	Pellosniemi		Pumala	
	Wåsu ar/ al:		Säminge	
	S. Michaelis		Randasalmi	continet.
	Jokais		Topio	
	Piersemä.		Idasalmi	

Confess. fidei Upsal: aliter recenset, Parochias pro Territoriis ponens.

In Long: ultra 20. mil: in Lat. non minus 40. habet.

Cap. XXVII.

CAP. XXVII. *De Nylandiâ.*

NYLANDIA, olim à Fennis habitata, qui *Suecis* & Helsingis cesserunt: unde *Nova regio* dicitur. Insigne fert, *Cymbam deauratam inter duo flumina*. Ad ortum æstivum *Carelia*, ad austrum *mare*, ad aphricum *Fenningia* meridionalis, ad septentrionem *Tavvastia*, terminus est. *Glebam habet uberem, venationes, aucupia & piscationes opimas. Mineras quoq; ferreas, quæ in* Ansko *&* Swarta *coluntur.* Inter *Fenningiam & Nylandiam*, cui etiam accensetur, positus est COMITATUS RASBORGENSIS (Raßborgz-Lähn) *Lacus* præter sinus maris, Lohjanselkä & Enå Jerwi/ varij sunt. *Fluvij*, Wanda/ Simo-Elff &c. *Oppida*; Helsingfors/ Borgo & Ekenäs/ loco amœnissimo positum. Nobilium verò prædia complura. Girknäs/ Swidia, Gennerby, Siuundby, Groffbecka, Brödtorp/ Bälsta, Öffwerby, Abborrafors &c.

Long: Nyland: est mil: 30. Lat. vix. 10.

CAP. XXVIII. *De Careliâ.*

CARELIA Fenningiæ nunc, *imò*

 Scan-

Scanziæ, ad ortum regio extrema, à Kar-ja i. e. pecudibus, queis terræ genius favet, dicta putatur. Insigne habet *Bina in solo puniceo brachia, alterum acinace, alterum gladio, coronæ in medio positæ, minitantia.* Ab ortu ingenti lacu *Ladoga* & *Moscoviæ* finibus; ad austrum fl: Niewo & *mari*, ad aphricum fl: Kymene/ ad boream & septentrionem *Tavvastia atq; Savvolaxia* latè circumdatur. *Agrorum culturâ frugi; Piscationibus, aucupijs & pecuariâ prænobilis.* Dividitur communitèr in *Careliam Fennicam*, cui dictum Insigne competit: Et *Kexholmicam*; *Huic Arx triplici muro firmata, cum duab⁹ supernè rosis tribuitur.* Hæc urbem habet arcemq; munitissimã Keksholm (à Käki i. e. cucul⁹, & Salmi/ fretũ) ubi insignis Salmonum captura. Itemq; castrum Taipal. Solum autem fertilissimum; Rubinos etiam Kexholmicos ad Kidila gignens. Tractus verò Europã fœcunditate & amœnitate excellit. Aquæ Careliæ notabiles multæ, ingens lacus Lapwesi; Unde rapidum flumen Woxen/per grandisonum lapsum Jmatra in Ladoga irrumpit. Adde Seja/ Högfors/ Kalliokoski/ Systerbäck (olim imperii terminus) & Vnders Jocki/ &c. Lacus, Jeskjerwi, Kopra Jerwi/ Jmalajerwi &c. Nobilium sedes claræ, Drpå/ Nie-

Niemis/ Kawentholm/ Strömsnäs/ Koistillar/ Kelkala/Pytterlöx, Sawiniem. *Careliæ Fennicæ* caput est *Wiburgum*, antiqua urbs & celebris, cum Arce invictissima. Emporia minora, Lapwesi nundinis celebre; Måla & Wäkelar.

Wiburgensi Castellano parent; Præfectura Kymenegård (Kymenegårdz Lähn) Et Territoria Lapwäsi/ Jeskis/ Eurepå & Stromdal Häreder. *Quæ iterum in Confess: Ubs: aliter enumerantur, quibusdam ex his exclusis & Parochijs substitutis.* Cætera Carelia, Sueciccæ Coronæ adjecta, Kexholmensi aut Narvensi Gubernatori obedit.

Long: Carel: est mil: 56. lat. ultra 35.

ET hæc de quinq; Regnis quondam suis Regibus distinctis, nunc sub CORONA & Imp: Sueo-Goth. unitis. *Quæ potissimam Scanziæ faciem complent; quatenus fluvijs* Pyns Joki & Powenås/ *non multum disjunctis, orientem versus clauditur.*

CAP. XXIX. *De Ingriâ,*

(Vulgò Ingermanniâ.)

ULtra *Scandinaviam* Ingriæ Domina-

tus accessit; Qui ab ortu fl. Laba/ *Russiâ*; ad meridiem eadem russiâ & fl: Luga; ad occasũ *Narvâ & mari*, ad boream fl: *Nievâ* & lacu Ladoga à Careliâ dislimitatur. *Narvæ cujus Gubernatori* nunc subest, Insigne *Duæ portæ, totidem globis candentibus, hastis vexillisq; cancellatim positis exornatæ. Solum Ingria habet longè fertilissimum; aucupijs & venationibus non minus dives: Præsertim alcium his quotannis flumen Nieva, ultro citroq; catervatim tranantium.* Hic in ostio *Lacus* Ladoga/ Arx invictissima muris immensæ crassitiei Nöteborg Fenn: Pächkensari; In insulâ nucis formam repræsentante, quam loco ameno, insulæ minores, avium plenæ circumstant. Ab alterâ parte *jama* non procul â Luga fl: ad rivum jamensem munit; è regione fl: *Oppidulum* â Ruthenis S. R. M.ti Sueciæ subjectis incolitur. Ad fl: Narvam est Arx firmissima *Narva & Iwangorod*/ huic suburbium, *Narva Russica* adjacet. Non procul â mari est Arx Coporio. *Amnes his, præter ante dictas,* Nosta/ Emia/ Thena/ Isora/ Kipensko/ Liga. Hic Baronatus Duderoff/ & prædium Gyllenhielmianum Carlbärg.

Re-

Regio in Pogostas dividitur; ut Lopesko-Jermoselsko-Jserško-Orinsko-Grisenski Jastrobinski Pogost/ &c.
Long: ing. est mil: 36. Lat. 19.

CAP. XXX. De Æsthiâ seu Esthoniâ; aliàs Livonia Septentrionali.

Æsthia (*Forte ab Æstis, i. e. Asianis, literat. inserta dicitur: Quippe hos & fennos, lingua conjunctos, ex Asia venisse vero simile*) Ducatus est amplissimus, ab ortu fl: Narwa, & ingenti lacu Peipis *Ingriâ*; à meridie australiore *Livonia*, (nunc pressè ita dicta) ab occidente maris *sinu Livonico*, ut ab aquilone *Fennico* disterminatur. Ejus insigne *Tres Leones cœrulei*; *Fundum habet fœcundum, venationes, piscationesq; copiosissimas*; *In lacu eximiæ magnitudinis Peipis, quem attingit, aliisq; fluminibus & rivis quibus multis rigatur.* Pyhäjoki / Purtesbäck / Padasjoki, Navast. Semiskebäck &c. Sylvæ densissimæ, ut Wiriskwal / non procul a Bolka & Riddå Illustriss: De La Guard: Domibus. Dividitur tota hæc regio in *Alentakiam*, *Wiriam*, *Harriam*, *Wikiam*, *Ierviam* & *Odenpoam* provincias. *Alentakia Ingriæ* proxima, arces habet *Nervam* & *Nyslot*; urbem cognominem Narwam; unde olim *Narvensi Ducatui* nomen. *Wiria*, arces

Wäsenbe

Wäsenborg & Tolsburg 15. mil: Narvâ, totidemq; *Revaliâ*, distantem; Nec non Borcholm: quondam Revaliensis Episcopi arcem. *Haris*, secus mare, 16. mil: longa 8. lata, cum *Wirlandia Ducatus* æstimatur; Cujus Metropolis *Revalia*, Urbs celebris, cum arce munitissima. *Wikia*, quondam *Episcopi Habsalensis*, 14. mil: long: 12. lat. mari adjacens. Ejus *Oppidum* cum præcipuâ arce *Habsal*; Item Lehal & Lode. (Ficzkel & Fellin à Mosco dirutæ fuerunt: Ut Werder/ quondam munitissima, à Crucigeris) Arx PERNAV adhuc satis firma. In mari adiacent insulæ, ösel/ Dagö/ Ormsö/ Odensholm/ Rägö/ maior & minor, Nargö/ Ulffö/ Wrangö. ösel/ Osilia/ quæ magnitudine excellit, olim Ozeliensis Episcopi arces duas, Arnsburg & Sonneberg/ cum oppidulis habet; quas Regi Daniæ à crucigeris proditas, Descript: Livon: meminit. Idioma, Svecorum colonias esse testatur. Et nuperimâ pacificatione ad Sueciæ Coronam etiam illæ arces, in perpetuùm rediere. Hæc de maritimis. Mediterraneæ Æsthiæ provinciæ, sunt JERVVIA, ubi arx fortissima Wittenstein; Et Oberpalen/ quæ illust: quondam Heroi Dn. HERMANNO Wrangel ob ingentia merita; Ut Lais Generos: Dn. HENRICO Flemming cesserat. Et Odenpoa (*ubi etiam Æsthnica dialectus usitata*) Lacum Wortzerum & Peipum interjacens. Urbem habet quondam *Episcopalem*, nunc regiâ Academiâ insignem, DORPATUM ad

Embeco

Embeckam; item arces *Verbek, Ringen &c. Sed hunc tractum alij Livoniæ, pressiùs dictæ, malunt annumerari*. Rigensi n. Gubern: subjacent.

CAP. XXXI. *De Livoniâ, strictè dictâ*.

LIVONIA, Liffland; sive à Lieb; Suet: Liuff; id est, gratus & amabilis: sive à Liff id est, vita dicatur; Quòd regio sit jucunda & vitæ necessaria ubertim proferens. ut ab Æsthiâ distingvitur, Lettia seu Leitland dicitur, ad ortum lacu Peipus, Pskowskiserâ & *Russiæ finibus*; ad meridiem *flumine Dvinâ*; ad occidentem *mari*; ad aquilonem Æsthoniâ terminatur. *Regio Siliginis, & frumenti adeò dives, ut transmarinis etiam populis ubertim succurrat*. *Lacus*, præter Peipis & Worti Jerwi, habet Lubbanum, Labbeum, Weij Jerwi aliosq; minores. *Flumina*, Dwinam, è Siberiâ Russiæ ortum; Cui Metropolis Livoniæ, celeberrima RIGA adjacet: minora; Waidawa, Peddes, Osso, Pirdra, Jndica, Dubonau, Vgra & Ewest &c. *Arces*, Oppida & præfecturæ Lettiæ, seu Rigensis

gensis provinciæ sunt; Dunamund, locus naturâ munitissimus, telonijs ad ostia Duinæ persolvendis dicatus'. Kircholm arx, Præsul, nunc desolata; Lenward; Ascherad, Moscum olim duritèr excipiens': Käkenhusen, olim Rigensis Archiepiscopi primaria arx, & civitas munitissima; Selburg; Creusburg, Duneborg Sut & aliæ Arces & Oppida, ut Wenden, Nitaw Seisswegen, Georgenburk, Lemborg, Rositen, Lucen, Luden, Nemenhul, Segewolt, (olim ordinis arx & civitas) Wolmer urbs & castrum, ubi præluss: D. Ammiralius CAROLUS Gyldenhielm olim captivus; Ex his tn. nonnullæ nunc solo æquatæ sunt. Smilten quondam arx Archiep: à Mosco desolata. Comitatus de Thurn. Illust: & Nobiliũ arces etiam sunt Nochrosen, Rosenbärg, Pebalg, Sewie, Rappin, Manan, Pierkiel, Rabbe, Elner, Bersen, quarum Domini Succia Coronæ parent. Cui Livonia hâc occasione accessit. *Esthonia* superiori seculo gravitèr à Mosco pressa cum auxilium CAROLUS V. Rom: imp: ferre nequiret: Hujus consensu ad Suec: R. ERICUM XIV. itum est. Cujus defensioni *Revalia* cum suâ ditione, dato Sacramento, sese

sese commisit. Cæteras *Æsthiæ* provincię as urbes & arces è *Moscorum* manibus *Sveci* extorserunt. Omniq; prætensioni *Moschus* novissimâ pacificatione renunciavit. *Livoniæ* loca â *Polono* occupata R. *GUSTAVI Adolphi M.* armis cessere. Tenet Lettię ac Livonia, strictè dicta, In Long mil: 34. in Lat. 32. Totius verò Livoniæ Long: inter Narvam & Rigam est mil: circitèr 50. Latitudo inter mare & Dodina fermè totidem.

ET hæc fuit brevissima *Regnorum*, *Ducatuum*, *Principatuum*, Comitatuum, Dominiorum, provinciarum atq; ditionum, imperio Sueo-Gothico, cum ab initio addictarum, tum deinceps adjectarum delineatio. Quæ nuper in pacificatione Germanicâ accessere, *Ducatus Bremensis*, *Verdensis* & *Pomeraniæ*; *Principatus Rugiæ*, *Dominatusq; VVismariæ* &c apud Atlantem & passim descripta satisq; nota sunt. Nunc Succincta etiam Hydrographia subiungetur.

CAP. XXXII. *De Hydrographiâ Sveo-Gothicâ.*

Sue-

Sueciæ-Gothiæq; Regna & incorporatas provincias supra enumeratas, mari fermè circumdari, innumeris secari fluminibus & ceu venis distingvi, lacubusq; tanquam margaritis passim, & unionibus ornari constat. *Inter celebriores tamen sunt qui seqvuntur.* 1. In Sueciâ Mäler, quondam Loger dictus, *Lacus* omnium amœnissimus, insulis ac sinibus totus distinctus. *Plurimas urbes alluens, magnatumq; aulas circum & in se continens. Unde non tantùm varij generis piscaturâ, sed & navigationis commoditate, & multijugarum mercium transvectionibus est nobilitatus.* Jacet inter *Uplandiam, Sudermanniam & Westmanniam*, quibus singulis pars aliqua debetur; priores tamen potiores sunt. Insulæ notabiliores, ut à Metropoli Holmensi ordiar, quam duobus in mare ostijs exoneratus amplectitur. Cui ponte annexa insula minor Ridderholmen (olim Gråmunkaholm) Et mox ad eorum alia, Munkelägret, monachorum olim recreationi serviens, nunc ponte etiam urbi juncta, amplissimisq; ædificijs instructa. Nec procul est insula Drotningholm; pulchrâ arce illustris. Cui alia vicina tribus templis insi-

insignis. Item Lowön/ Ekrön/ Munsiön/ ut & antiquæ urbis Biörkö rudera, Alznö Swartsiölandet/ Arnö/ quæ singulæ templum habent, Et tortuosus sinus Ekolen/ parochiam Eko fermè cingens, olim cœnobio, nunc illustri Wrangelorum sede nobilem. Velut Hätuna/ priscorum Regum recreationibus dicata, & Sigtuna olim Regum sedes & regni metropolis, brachio ad Wadjunda extenso fermè circumdantur. Ad *Sudermann:* spectant insulæ, Fogdö/ Öffra Sela & Ytra; Mälsö/ Toster/ aliæq; minores. Aularum numerum hæc brevitas non capit. Hic Regiæ Grijpsholm & Swartsiö; *Westmanniam* respicit Tidöen/ olim Trollorum, nunc Oxenstiernorum sedes, cujus palatia magnificentiâ paria vix habent. *Est insula* Engsö/ *nunc Sparriorum, olim Posserum, supra communia illustrium privilegia, peculiari immunitate, à multis retro seculis gaudens; Aliæq; complures. Sunt in hoc lacu freta & æquora passim satis lata,* Ekolen *al:* Bondekroken/ Haborsfiälen & Sigtunafiälen/ Skarwen/ *ubi claris Sigtunæ,* Ståkzfiälen/ Giörwälen Skåffeingen/ Lostafiälen; Biörkfiälen/ Prästfiälen/ Granfiälen/

 Torsf-

Torsiliafiälen/Galten; *Quæ sinus plurimi con-nectunt, ut* Flötsund/Stäksund/Kolsund/Qwick-sund *&c. Sum̃a hujus lacus long: inter Holmiam & Wässund est mil. 17. lat. inter Ubsal: & Telgiã* 11

2. Hielmer lacus non exiguus, licet priori impar, insulis aliquot conspicuus, *Su-dermanniæ & Nerikiæ* servit. *Long: ejus inter port. Oerebr:* Skepbäck *&* Hynwadh/ *aliàs* Silffdalen *per fretum* Hielmersund *est 9. mil: Latit. non ubiq; eadem, maxima 4. mil; est. Et ante aliquot annos fossâ* in amnẽ Arbogensem ductâ Melero *con-jungebatur.* Et in lacu Skagen *Nerikia, West-gothia & Wermia* concurrunt.

3. Maximus Gothiæ lacus est Wäner/ *In long: miliaria 25. in lat. 16. habens. Westgo-thiam & VVermelandiam,* ut supra memora-tum, interjacet. Duoq; corda, inter Läckö & Lurö cohærentia repræsentat; Quo in lo-co latitudo vix 5 mil: excedit. Inter *insulas* hujus nobilissima est Läckö/ *Arce* per quàm munitâ, regijsq; palatijs & nunc *Comitatu Des La Gardiorum* insignis; qui circum insulam etiam in continenti protenditur. Mino-res & notabiles Yxnö/ Bodand/ Balsteen/ Hammerö/ Arnö/ Silffwerö/Asparn/Onsö/Dillö/Brenö/Torsö/

Kalf-

Rølßöyar/ aliæq; complures. Tot autem quot Mälen non habet; sed æquore latiora. *Flumina in hunc lacum infunduntur 24.* majora, minoribus non numeratis; Qui omnes per unicum exonerantur, amnium scilicet regem *Gothelbam*, horribili cataractâ Trullhättan notam, cujus strepitus longissimè auditur; Ubi ab excelsâ rupe, 3. vel 4. infra ostia Wåner miliaribus, tanto cum impetu ruit, ut crassissimi etiam mali, cum flumine descendentes, frangantur & comminuantur. *Quod superest navigationi, machinisq; fabrilibus & molendinis apprimè inservit, donec divisus duobo brachijs, insulā* Hißingen *amplectēs, oceano infra Gotheburgū misceatur.*

4. Ab hoc lacu versus ortum brumalem octo miliaribus distat Wäter; ut situ ita magnitudine, in Gothiâ, lacui Wåner proximus, figurâ oblongâ, 21. mil: longus 6. latus. Hic *Ostgothiam & Smolandiam à VVestgothia* dividit: Insulâ Wißingsö/ Regum olim mansionibus, quod arcium rudera cum alijs monumentis adhuc testantur, lociq; securitate, & nunc BRAHÆORUM COMITATU, (*utrinq; in continente se expandente*) Arce eximiâ celebri, valdè insignis. *Amœnitas*

nitas insulæ magna est; ut lacus natura mirabilis. Varia ibi altæ antiquitatis vestigia. Ad Gilbertum Magum à Catillo Runtske magistro, in specu ligatum, (ut habet Ol. M. l. 3. c. 20.) ingressus adhuc monstratur. Et fabulam omni fundamento non carere, similia exempla apud Sax. lib. 1. 3. & 8. (Si qua ipsi fides) confirmant. Hic brevi murmure præmisso, inopina glacierum ruptura, ferè in momento fit: ut rhedâ in altum lectus, cymbulâ inter glaciei fragmentâ exceptus, littora anhelus nonnunquam repetat. Ol. M. l. 1. c. 27. & l. 19. c. 17. *Narrationemq́ verissimam esse, vel hodiernum αὐτόπται attestantur.* Aquæ hic sunt limpidissimæ, ut obolus in fundo, etsi maximè profundo, appareat; Ol. M. l. 2. c. 19. Quæ viridem colorem referunt. *Ac nescio qui horrore quodam, præ Baltho etiam vel oceano (comperta narro) navigantes concutiant.* Neq; unquam hostiles turmas admisisse leguntur aut memorantur. Unde tanta insulæ securitas.

Nec minus miranda limpidissimi fluminis Motala/ hinc orti, per Ostrogothiam ruentis & in mare balth. illabentis natura: *Quod ingruente notabili casu vel mutatione in regno cursum, aliàs rapidissimum, sepiùs stiterat. Sic A. ch. 1292. ante R. Valdem: perniciosissimum*

cum

cum fratribus discordiis, Benedicti Fenn: P:pis & Linc: Episcopi; Nec non Anundi Stregnensis Episcopi obitum. Et A. 1638. ferè in exitu Celsiss: P:pis Catharinæ, Sereniss: P:p. D. Joh. Casimiri, *Com: Palat: &c Conjugis;* Gustavi M. *Sororis, idē amnis repressus est. notante Baaz: lib.8. c. 14. Contigit item anno insequente, paulò ante festum nat: Chr. Et nuperius etiam cursus miraculosè inhibitus.* Mutationes autem magnas, eximijs victorijs, novis pacificationibus & imperij accrementis experti sumus & indies, divinâ affulgente benignitate, experimur. Brevitas omnia persequi vetat.

5. Istis lacubus minores, in Gothiâ, at non tacendi, sunt; Somen/ ad Smolandos, partìm ad Ostrogothos pertinens in sylva Holawid/ situs: multis insulis clarus. Cujus & Ol. M. meminit. l. 1. c. 25. in fine. Bolmen, 5. mil: long. Templum & ecclesiam non vulgarem Bolmsö/ Territ: Wäsbo/ in Smolandiâ continens. Salen & Asnen in Albo Häredt/ 6. mil: long: ubi mineræ istæ ferreæ inveniuntur. Lacus Möklen; & Rösen in Sunnerbo/ consimiles mineras habet. Helgaflön in Norwinga Häredt/ arcem quon-

 dam

dam Episcopalem [1/2] mil: VVexioniâ, in parvâ insula habuit; Cujus fortissimos muros adhuc spectare licet. Et quis omnes notabiles aquas paucis enumerârit.

6. *Lacus Dalekarlorum* inter cæteros maximus Selian/ qui ultrà 7. mil: extenditur. Ronnen 5. *VVermelandiæ aquas enumerare velle, perinde est ac si arenas quis conetur.* Ad borealiores igitur & Fennicas me convertam.

CAP. XXXIII. *De Hydrographiâ Fennicâ.*

UT nunc ingentem lacum Lappiæ Enarotråsk/ sub ipso ferè polo situm, taceam; qui innumeras continet insulas, collibus in pyramidum morem assurgentes, sed hominum habitationibus insuetas. Ejus accolæ in Enaraby/ ibi quotannis piscantes, Suecicæ coronæ tributa pendunt. Long: ultra 16. mil: lat: paulò contractior.

Nec multò minor est lacus Blaträsk/cujus long: 13. mil: superat, lat: 6. Insula in medio 5. mil: longa, 3. lata; decem lacuum aquas, infra arcem *Cajaneborg* recipit: Quas omnes

ad

ad oppidum Ulo/ in Bothnicum sinum transmittit.

2. FEnnicorum lacuum maximus est Pejende in Tavvastiâ, qui ut oblongâ figurâ lacui Wäter/ quodammodo similis, ita magnitudine non impar. Nam ultra 19. mil: extenditur; & insuper lacui Rautalambi & Pielawesi/ omnibus per totidem miliaria à septentrione, & vicissim cum lacu Hollola & Rotzilain ad meridiem continuatur. Per quem postremum ingens fluvius Kymen in mare fennicum descendit.

3. *SUnt & alij Tavvastiæ & Savvolaxiæ lacus immanes, stagna & sinus, quorum finem nulla oculorum acies metiatur.* Ingens lacus, ne mare dixerim, Lapwesiträst/ ex ipsa Lappia, unde nomen deductum videtur, ultra 60. miliaria continuatur, passim tamen per Savvolaxiam arvorum culturis interstinctum, Sylvis ac pratis, sat amœnam faciem ostendentibus.

Distant Lapwesi littora australiora Wiburgo 7. mil: ubi ortum versus præpes & rapidum flumen Woren emittitur; Quod miliare circitèr ab ostio, portentosum aquarum præcipitium habet, sagittæ instar inter cau-

tes ejaculantium, vel potiùs ut maximorum montium ſe devolventium: eſt hujus lapſus long: uln: ferè 300. lat: 40.) *Tantus hic tamq́; confragoſus ſonus, ut equi & jumenta nullis calcaribus, nullis ſcuticis ad propius accedendum adigi queant. Terra ſub pedibus, arbores in littore tremunt. Nec ſine vertigine diutius contueri; nec aſtantis vocem utcunq́; ſtentoreo conatu in aurem miſſam excipere fas eſt.* Inſulam habet in quâ accolæ ſuperioribus, bellis adverſus Moſchorum inſultus aliquandiu tuti; diutius futuri, ſi auſi fuiſſent. Hoſtis verò fidei ſe concredentes crudelitèr mactati ſunt.

Ceptum erat ante aliquod tempus aquas Lapweſt in ſinum maris ultra VVjburgum protenſum derivare, quod ingentes foſſæ teſtantur. Et ſucceſſiſſet; cum diminutione tamen aquarum ad Kexholm. An verò ſine detrimento viciniæ VViburgenſis, quæ depreſſior; niſi cataractis flumen ſtringeretur, Geodetæ diiudicent.

4. UT extremus ita maximus Scanziæ, imò & Europæ lacus eſt Ladoga/ Long: ultra 35. lat: 19. mil: continens. figura fermè ovali, Salmonum aliorumq; piſcium capturâ mirè abundans. Et cum ſolis Lapweſt/ phocas communes habens. Pars ejus quinta circitèr Moſcho relicta; cætera tota Sveciçæ Coronæ ceſſit.

Hi

Hi sunt lacus Fenn: majores, cum sup. enumeratis. Nec flumina hic minus fatidica est observare. A. Chr. 1596. in Tavvastiâ Wihawuâ/ Walkiakoski/ Sarsankoski/ & Tamberkoski; circa festum Luciæ quatriduum stantes transitum præbuerunt, & supellectilem, olim demersam, infundo denudarunt. Eâdemq; occasione de Amakoski/ ahenum & ferreus vectis extracti sunt. Nec multò post rusticorum Bothniensium, Satagundorum, Rautalambensium, Jämpsensium, & Savvolaxensium seditio, occasionem præbente intolerabili militum sævitiá, coorta est.

Sequenti anno 1597 triduum à 5. Novembr. iterum restiterunt Tâharilancoski/ Corkekoski/ Loimankoski in Satagundiâ; Item, Wihawuâ & Walkiakoski in Tavvastiâ, cum Dux CAROLUS, (postea R.) rusticorũ necem ultus, Aboam victor ingressus esset. Paritèr etiam 1598. 3 Decemb. fl. in Eurajoki triduo stetisse memoratur.

Et nunc ante quadrienniũ rapidum flumẽ Kyrofors/ in Decembri, nullâ frigoris vehe-

mentiâ urgente, octiduum ferè ſtetit, idemquè de Amakoſti/ fertur.

Nec inſolens aquarum motꝰ aut ceſſatio infelicis ſemper omnis eſt. Aliud quippe experientia loquitur. Intumuêre flumina, an. 1612. ut in medio foro tàm Ubſaliæ quàm hic cymbæ natarent, & pons 12. ulnis altior dejéctus. *At inſequutum eſt feliciſſimum ac victorioſiſſimum imperium R. GUSTAVI MAGNI.*

Et nunc aquæ altiùs tolluntur. Superiori anno ad occidentem gothicus *VVeſtgoth: albis*, obice poſito, non ſine accolarum damno, exſurrexit. Ortum verſus *Duvina* proximo vere inſolenter ſeſe exaltans, Rigenſibus haud parum moleſtiæ creavit. Et Måler & Wåter in regni meditullio, cum alijs quàm plurimis lacubus & fluvijs ſolito capita altiùs extulerunt. Quaſi ad diadema regio capiti imponendum ſimul feſtinantes ſeq; in altum levantes.

Quod ut tandem felicitèr ſuccedat, cuncti ſupradictis limitibus circumſcripti, cum candidis quibusq; vicinis, fœderatis & amicis, unanimitèr & animitùs comprecantur!

Appen-

Appendix.

Portus & notabiliora quædam sinus Bothnici & Fennici loca paucis perstringens.

HOlmiâ velut â Regni centro solventi & per clavem urbis Holmensis, Warholmen/ exeunti atq; ad boream in extrema sinus Bothnici tendenti aperitur Furusund/ 9. mil: distans.

Hinc ad

Locus			Nota
Cappelskär	2.	Mil:	
Simpenäs	4.	mil:	
Wäddön	8.	mil:	
Oppid. Öregrund	4.	mil:	
Örskär	5.	mil:	Ubi Förrådzudden
Rasekalffwarna	20.	mil:	& Hålnäs vitanda.
Prästegrunde	6.	mil:	
Agön/al: Norrmas-	6.	mil:	Unde (ut & ab insula
Bolsöön/ (gan)	4.	mil:	Store Jungfrwn)
Jerteßholman	3.	mil:	vel tantillum auferre
Brämön	6.	mil:	vel in propinquo por-
Östholman	4.	mil:	tum nominare, vul-
Opp. Hernösand	8.	mil:	go, superstitiose, reli-
Lunglaffwan	3.	mil:	gionem habent.
Baarsta	6.	mil:	
Vlffön	4.	mil:	Hic Qwerken insu-
Skagen	6.	mil:	læ in Bothnico sinu
Haden	8.	mil:	inter Vma & Wasa
Fyråggen &			compendiosum hye-
(Holmön)	10.	mil:	me iter præbent.

Ratan

Ratan	4	mil.	
Löffänger	8	mil.	
Biurekiubben	4	mil.	
Pitebergzsund	12	mil.	Hic extremum both-
Basuholmen	4	mil.	nici sinus.
Kulo hamnholm	8	mil.	Nunc Aboam versus
Torniå	20	mil.	littus legendum.
Kiemi	3	mil.	
(Portus dimid: mil. ab ostio fluminis distat.)			
Kuiwaniemi	7	mil.	Commodissimus por-
Iie	5	mil.	tus.
Wirpiniemi	2	mil.	Idoneus portus; at
Wlå	3	mil.	ingressus periculosus.
Kraseli öö	1	mil.	Holstinmatala cave.
Sandhampn	5	mil.	Siöletto saxaq; la-
Salå (Joki	6	mil.	tentia varia timenda.
Catkoi/ i Pyhå-	4	mil.	Lapaluoto & Kir-
Pujoi/ad Lochtoi	10	mil.	konlachti portus.
Helsingör	12	mil.	Tyroinkarinkee sco-
Tuorisoi	4	mil.	pulus.
Jaudzina	4	mil.	4. mil. de Kalajoki/
Miösund	4	mil.	scopulus Kalla/3. mil.
Kwetskär ad Wasa	3	mil.	à continente.
Ristikari	1	mil.	Optimus portus. Ubi
Wariölachti	4	mil.	(Pohjan meri) both-
Grysskär	8	mil.	nici maris finem vo-
Kråk ad Nerpis	4	mil.	lunt.
Råssiö ad Biörn-	16	mil.	Initium freti Raumo-
Laduskär (borg	4	mil.	ensis.
Pihlasto al: Mur-	4	mil.	E regione opp. Raumo.
Löke (mes)	8	mil.	Huc rectà de Wario/
Lehmankurcku	4	mil.	cum ventus favet;
Palwasund	3	mil.	Trans fretum Raumo-
Åbo	5	mil.	ënse navigatur.

Hinc ad

In

In Fennicum ulteriùs sinum, orientem versus naviganti, ut scopuli periculosissimi ita & portus tutissimi atq; amœnissimi innumerabiles obijciuntur. Inter hos sunt; Jungfrwsund/ 6. mil. Hinc dimid: mil: Stÿremansbärg; Ubi gubernator seu pilota, navim Danicam regere coactus, adversus scopulum direxit, ipse de puppi in adjacentem petram exsiliens, salvus evasit, hoste pereunte.

Hinc ad	Hangövdd	6	mil.	Portus insignis arcis instar munitus; Regum & magnatum insignibus innumeris, cautibus artificiose incisis, conspicuus.
	Baresund	10	mil.	
	Porkala vdd	5	mil.	
	Sandhampn prope Helsingfors	6	mil.	
	Påling insula est.	8	mil.	
	Rusarla	12	mil.	
	Pirkepois	8	mil.	
	Wÿborg	10	mil.	

Si ultrà tendas in tractus Eurepä, Ingriæ, Æsthiæ & Livoniæ, planiora littora absq; scopulis sese offerunt.

De Pirkepois ad Nyenskantz 30 mil, numerantur.
Inter Påling & Narwen/ 30 mil,
Inter Hangö & Räwel/ 20 mil,
Inter Porkala & Räwel/ vix 10 mil,
Inter Hangö & Rigam, 52 mil,

Sed

Sed ulteriùs ire pagella non sinit.

Breviter cursus recta Aboam Holmiâ hic est.

Hinc ad	Ad Furusund	9.	miliaria
	Tiockö	3	mil:
	Fleziö/ in Alandiâ,	12	mil:
	Sättunga	3	mil:
	Corpoström	9	mil:
	Aboam.	6	mil:

Vulgus tamen paulò alitèr hæc numerat; Sic

Holmiâ ad Warholm & Stecksund		3	mil:
Hinc ad	Furusund	7	mil:
	Kallhampn; aliàs Feyan	3	mil:
	Nyan	10	mil:
	Rödan	2	mil:
	Landzvdden	1	mil:
	Grönehampn (trans Deelen al: Lumparen)	unũ & dimid:	mil:
	Fliziö	dimid:	mil:
	Sättunga	4	mil:
	(Trans Wattuskiffe) Jungfrwskär	4	mil:
	Bårghampn	2	mil:
	Rimito Kramp	5	mil:
	Aboam.	3	mil:

In

In hisce & circumpositis maris finibus varij generis pisces abundè capiuntur; ut lucij, percæ, oculatæ, gobij, mustelæ, apuæ, cothi, angvillæ, cobites, murenæ, mugilës, &c. Nonunquam etiã sturio sive accipenser, quamvis rariùs, hic in nassam incidit. Capitones copiose: ultra tamen Nylandiæ fines & in *Careliâ* rariores sunt. Esox sive Salmo in Bothnico quàm fennico sinu melior est. Arengarum verò (Sueticè Ström-ming) incredibilis copia quotannis excipitur; quibus incolæ jusculo elixis, frixis sive assatis, vel aliàs coctis vescũtur, vulgus muriâ conditas, sine apparatu, boni consulit. Nonnullis etiam locis arengæ capiuntur bonitate & magnitudine haleci̇bus scanicis vel scoticis non cedentes. Sed de hisce alibi plura.

Holmiâ in altum navigaturo, nobiles aperiuntur portus. Dalahampn 8 mil:
Små & Store Dalarna
Elgznabben 14 mil:
Extremi sunt Sandöhampn & Härhamra:

Landzort/extremum continentis, 18. mil: Holmiâ distat. Portus Sandöhampn 9 mil:

Aboam

Hinc	Aboam	36		numerant.
	Helſingforſium	56		
	Wiburgum	80		
	Ad Nyſkantz	94	mil:	
	Narvam	71		
	Revaliam	44		
	Rigam.	63		
Inter	Landzort & Wiſby	14		
	Sundium	87		
	Wiſmariam	27		
	Calmariam.	30	mil:	

Reliqui ad ortivam plagam & meridionalem portus ac notabiliora loca ex mappis, & Nautarum informationibus notentur. Quæ etiam in majori opere, DEO fortunante, pleniùs inſerentur.

Totius hæc terras & aquas tegat Arbiter Orbis;
Hos populos cœli Conditor uſq; regat!

FINIS LIBRI PRIMI.

LIB. II.

LIBER II.
DE
Antiquitate & Origine
gentis Sueo-Gothicæ & Fennicæ
CAP. I.
De Antiquitate in genere.

UT omnem antiquitatis memoriam negligere barbarum; ita omni documentorum filo destitutum, in imperscrutabilem prisci ævi abyssum se præcipitare, vanum est. Sin gentis origo certa demonstrari nequit; Antiquitas jam demonstrata videtur. Quò n. brevior ætas eò citiùs ad principia recurritur. Et vel familia, cujus caput ignoratur, de antiquitate tuta est. Hasce tn. terras *superiori Libro enumeratas* jam diu, ante plures añorum myriades, excultas fuisse, & à *Sveo-Gothis & Fennis* insessas multa arguunt. Indigenæ n. sunt, neq; aliarum gentium adventibus & hospitiis mixti; Ut *Tacitus* loquitur, atq; ex sequentibus constabit. Et cur fidem, quam sibi volunt haberi Germani, à *Tuiscone* suam originem arcessentes, (ab alijs alij) *Svecis Gothisq;*

 annalis

annalium documentis, exoticorum testimonijs, aliisq́ rationibus nixis detrahant?

CAP. II.

De Antiquitate ex annalibus.

ANnales CXL. Suecorum Gothorumque Reges internos, (præter LXXXVII. Gothorum externos) recensent; quos in longæviori ætate multa explevisse secula indubium. Nec vicinorum Norvegiæ & Daniæ Historiæ illos tacent. *De gentis a. antiquitate & origine magis creditur ipsi genti & vicinis quàm remotis atq́ externis*: Ut Myrsillus annotavit. Suntq́; ista de Regib⁹ priscis ex antiquorum Scaldrorum Poësi, *quod unum olim annalium genus*, petita; quorum, ingenio & fide probatis, munus erat gesta versibus comprehendere. Tales è multis fuêre quos *Messen:* in retorsi: Cap: 3. recenset; Otter/ Gizur Swarte/ Sigwater/ Thord/ Jochul Borderson/ Fin/ Eiwinder/ Skaldespilder/ Jorund Skaltmer/ Thorarin Lofftunga/ Baulwerker/ Arii Torgilson/ Einar Skulason/ Bryniolff/ Thiodolf Swer/ Berst/ Jarl/ Biarni/ Enibrand/ Arner Jarlo/ Guttorm/ Swiward/ Skopti/ Steno Skaptison & Thormod. Nec non quos Chron: Norvep: Suecorum Regum Scaldros seu Poëtas enumerat; utpote Bragde hin gamble i.e. Brahe seu Bragde senior: qui

qui duorum successivè Regum consiliarius & historicus fuit: Grunde Prute/ Erpur lutande i.e. incurvus; Cui ob ingeniosum R. Saur Zande Epitaphium, homicidii pœna condonata fuit; Kalfur Thrónske/ Keffur Ruske/ Ormur Ofromme/ Olwald I. & Olvaldus II. Awalde/ Flein Skald/ Rögnwalder/ Alfur Järl Minorj Ulfur Sulo jarl/ Thorwalder Jältason/ Gunlaugur Ormstunga i. e. Serpentis lingva; Raffn Onunderson/ Gissor Swarte/ Sigward Skald Thordarson/ Marcus Sagiason Lagman/ Einar Skulason/ Haldor Sqwaldre/ Halbiörn Hale/ Torstein Torbiörnson/ Gunnarlide Skald/ Thorgier Danaskald/ Grane Halbiörnson/ Olussur Thordson/ Einar Skulason/ Haldor Sqwaldre; Talis, haud postremi nominis fuit antiqvus Philosophus Hildilwr/ ante multa secula de præsenti Sueciæ statu luculentissimè vaticinatus; & similes. Conf: Locc. de antiq: Sveo-Goth: Ex quib9 & id genus alijs, cùm *Sturleson*: in dicto *Chron*: *Norv*: tum ipse *Iohan*: *Mag*: suorum annalium & historiarum fundamenta se mutuasse in limine fatentur.

CAP. III.

De Antiquitate Sveo-Gothicæ gentis ex domesticis historijs.

Quòd si quæ historia tot ac tàm multos testes habet, ut refelli minimè possit, tametsi videtur incredibilis, magnum præ se fert veritatis

 argu-

argumentum, ait *Bod: c.4. meth: hist:* jam domestici historiographi antiquitatem gentis asserunt. *D. Ericus Olaj*, quondam *Ubsalensis canonicus*; *Iohannes Magnus*, olim *Ubsal:* Archi-Episcopus (Sacerdotes vero, penes quos publica fides est annalium, in historiis potissimum probandos, ex Metasthene Bod. cit. loco innuit; idemq; & Josepho visum;) Ex quibus ille habeat sua fundamenta vide in frontispicio & procemio ejusdem. *Prælust: D. Iohannes* Skytte/ *L. Baro & Regni Senator &c. D. Iohannes Messenius Historiographus Regius. D. Ionas Magni Wex: olim Profess: Ubsalensis, nunc Scarensis Episcopus. D. Laurentius Paulinus olim Ubsal. ArchiEpiscopus. Olaus M. Elect: Ubsal: Gislo Iacobi. Petrus P. Ubs: Historicus; & D. Iohannes Locenius:* Ut alios minorum gentium taceam. Ecquis tot tantorumq; luminum, ex archivis, majorum relatione, alijsq; documentis stipatorum fidem elevare; & nugatorum somnijs posthabere non erubescat?

Ut Juris hic Historiam taceam, ex quâ ll. m Sueo-Goth. antiquitas f. l. apparebit, gentis antiquitatem præsupponent.

CAP. IV.

De Exterorum testimonijs.

NEc desunt insuper exoticorum antiquitatem Sueogothorũ confirmantiũ te-

ſtimonia. Præter *Iſidorum* qui in Chron: Goth: Gothorum antiquiſſimum eſſe Regnū certum eſſe ait, Procop; etiam Lib: 1. de bello Vandalico: Gothicæ gentes multæ quidem, & aliæ priùs fuére, quàm nunc. Omnium autem maximæ & potiſſimæ Gothi, & Vandili, & Viſigothi, & Gepides &c. Quos è Scandinaviâ ſeu ſeptentrione exiviſſe notum. Sic *Cromerus*; gentes è ſeptentrione ad meridiem ſæpiùs migraſſe notavit, ut *Goth: 1. Vandalos, Longobardos. Item Paul: Warnef:* l. 1. c. 2. Winilos i. e. Longobardos hinc veniſſe aſſerit. Plurima hujus rei teſtimonia ſtudioſè congeſſit Meſſen: in retorſ: ex *P. Trecenſe, Paul: Oroſ: Herm: Sched: Iacobo Bergomenſi*, alijſq;. Nec non Danorum, ut maximè vicinorum, documentis, antiquitas & origo apertiùs adſtruitur; *Erico Pom: & Rytb: Chron:* ann: Chr: 1495. impreſſo. Cujus verba vide in ſpec: Meſſ: c. 2. Ego Humelus &c. Suffragatur hiſce *B. Hieron: cui Papias conſentit,* iſtis verbis, Gothi de Gog filio Japhet orti ſunt. Proinde Joh: M. cerebri figmenta, & quæ nullus unquam ante eum ſcripſerit, afferre, falsò minus æqui interpretes quidam criminantur.

tur. Sive autem ex Magogo, sive Gomero Japheti filio (quod Euseb: Carion alijq; statuunt) Sveo-Gothorum primordia petantur: Gentem tamen aquilonarium antiquissimam esse manifestum est, utpote ex quâ aliæ gentes antiquitate claræ exierunt. *Gothos & Longobardos* è Scandiâ primitùs egressos, à multis sufficienter ostensum est. Et Philip: Nic: Lib: 2. de reb: Germ: gent: Francorum primordia examinans ex *Strab: & Hieron:* eos ad Rhenum descendisse (i.e. ab aquilone venisse,) nõ in Frisino littore natos asserit. Varios etiam hujus cardinis populos ex *Strab: & Plin.* enumerat, *Æsthones*, *Frencos*, *Vennones*, *Saltos*, quos nec *Tacitus* tacet. Hos verò idem *Phil:* ex Sveciâ oriundos innuit, dum originem eorum ad fl: *Salam* (Ubsaliam perluens) assignat, inquiens: *Salios à Salâ* amne Scanorum (Scandianorum, rectiùs, aut Svecorum dixisset) profectos, se Francis conjunxisse puto. *Senones ingenti agmine ab ultimis terrarum oris, cùm media vastassent, ad interitum urbis Romanæ properasse Florus testatur.* Quos ex Sveonibus prodijsse loci ratio & nominis communio svadet. *Sveones enim & Senones*,

nes, levi vocis flexurâ distant; quæ exoticis familiaris, ut observavit Hadr: Jun; Hist: Batt: c. 21. Et *Senones Svevos* solum quod nunc *Berlin: & Brandeb:* tenuisse *Chytr: ex Ptolem:* affirmat. Huc quadrat illud *Taciti*; Vetustissimos se nobilissimosq́; Svevorum Semnones memorant. Fides antiquitatis, religione firmatur. Stato tempore in sylvam, augurijs patrum & priscâ formidine sacram, &c. quam lucum Ubsalensem fuisse ex Adamo Bremensi constat. Ut infra de Relig: patebit. Vandalos quoq́; à *Dalijs* Scand: populis Hadr: Jun: derivat. Plinius Ascanzios, Scanziâ egressos, circa Mœotida statuit. Unde & Ascanios seu Germanos prodijsse alienum non est. Helvetios certè ex Svecis ortos propria ipsorum confessio & nomen *Svizeri* firmat. Hinc Bod: in Meth: Hist. Quid Helvetii? qui cùm à Svecis originem traxerint, non modò se ipsos, sed & tot finitimos populos, tyrannide oppressos, in libertatem vindicarunt. Austriæ P:pes sæpè fregerunt; Germanis maximas clades intulerunt, Imperii Germanici non minimam partem occupârunt; deniq́; tantùm armis ac viribus profecerunt, ut P:pum censores ac magistri vocentur. Et idem cap. 2. indubitanter e Scandiâ egressos asserit: Gothos, Brancos, Vandalos, Hunnos, Herulos, Longobardos, Anglos, Normannos, à quibus, ait, res maximæ gestæ sunt, & imperia florentissima constituta, in Galliâ, Britanniâ, Hispaniâ

spaniâ & Italiâ. Tametsi enim Hispani & Britanni vetustate nobiles sint, non tamen rebus gestis ita claruerunt ut illi &c. *Hæc ille.* Sic quoq; *Pontan:Chorogr: Dan:* Nobilissima hæc fortissimaq; gentium Gothorum natio, cùm exinde *Germaniam, Galliam, Hispaniam Italiamq;* sibi dicto audientem fecerit, haud immeritò est dicere solitus *Carolus* V. teste *Lev:Lemn: universam totius Europæ nobilitatem è Scandiâ & Gothiæ tractibus fuisse prosemi natam.* Testantur idem alij. Et Imp: ipse in creditivo secretioris consiliarij sui *Nic: Perenotti ad Svecos* An: 1543. scripsit: *Et nos de gente Gothorum sumus.* Sed ut ad antiquissimas egressiones respiciã: Memorabilis est *Herod:* narratio, millenis ante *Darium* Schytis bella inferentem annis, circa *Israëlis ex Ægypto* exitum, florente jam tum *Babylone* & Asiatico imperio, Schytas primùm *Duce Tergitao ex Europâ in Asiam* commigrasse. Emigrationes olim & nuperiùs hinc factas constat, unde Scandia non immeritò vagina gentium & officina populorum passim audit. Desinam in hoc *Lazij Lib. 10. de migr. gent.* Qui *Getas Gothis* miscet, quamvis alios Sarmatas, alios Germanos Getas faciat; *Primam* eorum sedem

ſedem in Balthici maris inſulis collocat; has quippe Scandiâ egreſſi mox occupârunt. *Secundam* in Germaniá ad Viſtulam amnem; *Tertiam* in Tranſylvaniâ & Daciá, circa ann: Chr. 376. *Quartam* in *Thraciâ*; *Quintam* in Pannoniâ & Mæſiâ; *Sextam* in Illyriâ; donec *Septimo*, quater in Italiam; ac inde in Galliam & Hiſpaniam tranſmigrârint. Confer *Verdenb. Reſp. Hanſ.* part. 3. c. 24. Populus igitur â quo tot, & ante tot ſecula emigrationes factæ, totq; alij populi ſatis antiqui oriundi, quomodo non antiquitate antecellet? Repetunt autem & noſtrates quidam & Germani *Chronographi* (inter quos *Ioh: Alſted:*) *Initia Sveo-Gothici*, ab eodem tempore quo conditum eſt *Schytiæ Regnum*, à Magogo, ſz. A. M. 1745. *Abbas Urſberg. Con. à Liectenaw, in Chron. abſolutiſſ:* cujus fidem & diligentiã *Melanchth:* in præfatione collaudat; Scandianorum antiquitatem in genere aſſerit; *Gothos* inde primitùs egreſſos affirmans. *Alb. verò Crantzius in Chron. ſved. l. 1. c. 2.* Teſtem laudat qui confidenter aſſeverare non dubitat *Gothos ex Scandinaviâ* 1450. ante N. Chr. Annis egreſſos fuiſſe. Et *Bertius rer. germ.* l. 2. c. 16.

Sed & *lingua ipsos*(Suecos intellige) *arguit esse Germanos*; (sic ait, ut Tacito assentiatur) *antiqua & nullis exterarum gentium invasionibus victoriisq; vitiata.* *Ac si de origine certandum sit, videri possunt potiùs ab his Germani, quàm ipsi dicti à Germanis &c* & paulò post: NULLA verò hodie EST INTER CHRISTIANOS GENS, quæ certiora habet, altioraq; *suæ antiquitatis* DOCUMENTA. Et *Philip:Cluver.* (Utut Svecorum ac Gothorum rebus non semper satis æquus) *Germ: Antiq:* l. 3. c. 41. in fine, sic concludit: *Atq; hæc sunt duo illa vetustissima simul vastissimaq; & absolutissima totius Europæ Regna* SVEONUM *atq;* SITONUM; *quæ ad* CIↃIↃC, *jam annos, ex quo in Romanorum pervenerint notitiam, perpetuò eodem tenore duraverunt. Quanto verò temporum spatio ante Romanorũ notitiam in tanta corpora tantamq; firmitudinem coaluerint incertum est.* In *Geograph: autem introd:* l. 3. c. 21. disertè inquit: SVEDIA continuatâ certâq; serie ANTIQUISSIMUM IN ORBE TERRARUM REGNUM, quod semper Sviones sive Sveones incoluere. Quid pluribus aut manifestioribus opus est testimoniis?

CAP. V.

CAP. V.

De alijs argumentis & rationibus, quibus gentis antiquitas astruitur.

INvictam probatissimorum Historicorum authoritatem, rationum quædam momenta subsequantur. 1. Prætérquam quòd sup: ex antiquis carminibus & Poëtis argumentum desumptum, non leve ex *priscâ literaturâ & literis runicis* desumi potest, quæ lapidibus etiam & saxis, ante plurima retrò secula, insculpta inveniuntur; immò tantæ antiquitatis, ut à multis seculis vetustate corrosas legi nequiverint. Ubi olim nomina Regum, & emigrationes incisas, quis negare ausit? Ut immeritò quærat Cluv. quis Gothorum emigrationem ante belli Trojani annotaverit. Et Gothos proprijs literis caruisse, invitâ veritate, nimis audacter neget. Similia quippe monumenta infinita passim extant, præsertim in *Uplandiâ*; ubi in villâ Söstadh/ parœciæ Båling tale Epitaphium legitur: *In honorem Gerderi & Uteri i filiorum suorum, in Græciâ defunctorũ, hunc lapidem Fastvvi erigendum curavit.* Item

Ego

Ego Uffo pro Patriâ certans triginta duos occidi Pugiles; & tandem à Rolvone pugile occisus hîc requiesco. In Parochiâ Tâby Gothicis literis hæc lapidi incisa: *In memoriam HUMELI filij sui in Lombardiâ mortui, hoc saxum Gudlicus suscitavit.* Item; *Domitor violentorum ac defensor oppressorum, cicatricibus & senectute plenus, gladio accinctus hîc situs sum Ingolphus.* Tale etiam illud: Cum alij bellicis rebus gloriam quærerent, Ego *Halstanus* paci operam navans laudem merui immortalem &c. Reperiuntur & post Christianismum ejus generis Epitaphia erecta. Quale hoc: Postquam Dæmonum fallaciâ seductus erraveram, ad Christianorum DEum conversus morior; Et hic sepultus judicium ejus expecto. Et *Alterum*: Relictâ idolorũ culturâ mortuus, & in Christi fide vivus, sub hoc lapide requiesco Holmstanus. *Plura ex Ioh. Buræi monumentis petantur.* Hîc in tantâ synopsis brevitate unicum ex originali exemplum sufficiat. Lapis hîc infra adumbratus reperitur ad Wijk in parochiâ Hammarby Uplandiæ. *Vers*



Verba hæc sunt: Olaffr. och. Gunilr. litu. reisa. Stin. ifitir. Guna Sun. sin. oc. Kitil. lit. ifftir. Brodur. sin. Ubir. risti. Runó. *Id est*:

OLaus & Gunhildis, Gunnoni filio; Et Catillus fratri suo, lapidem erigi curaverunt. Ubbo Runas, seu literas, descripsit.

Ejus generis innumera passim monumenta reperiuntur, quæ extrahenda & explicanda, Antiquariorum industriæ relinquo.

2. Idem aries quo Schytæ contra Ægyptios apud Just: l. 2. antiquitatem evincunt & hic militat: *Si ignis prima possessio rerum &c.* Et postea: *Quòd si omnes quondam terræ submersæ profundo fuerunt* (id verissimum ex sacris constat;) *Profectò editissimam quamq; partem decurrentibus aquis primò detectam; &c. Et quantò prior quæq; pars terrarum siccata sit, tantò prius animalia generare cæpisse.* Porrò septentrionem omnibus terris editiorem patet; cùm aquæ etiam marinæ, ab aquilone ad meridiem fluant, ut doctis pariter & nautis observatum

tum est. Bod: in meth: Hist: *Aquarum motus à septentrione versus meridiem magno fertur impetu.* Et C. *Barlaus* in oratione inaug: Colleg: Amsterod. ait: *Est & ille motus in scholis decantatus quo á septentrione in austrum mare movetur: Qui in mediterraneo cernitur, ubi Mæotis per Bosphorum Cimmerium in pontum Euxinum fluit; Euxinus per Bosphorum Tracium in Propontidem, Propontis in Hellespontum & Ægæum.*

3. Attingo saltem *Bodin:* discursum Meth: hist: c. 5. ex *Pic: Mirand:* alijsq; priscis: Qui cognoverit proprietatem Aquilonis, intelliget cur DEus mundum iudicabit per ignem. Atq; hæc vetus est non modò Pici, sed etiam Heracliti, ut ait Plutarchus, & Hebræorum opinio; qui mundum aliquandò deflagraturum, ignesq; non è Cœlo delapsuros, ut putat Magidalus, sed ex intimis terræ visceribus erupturos confirmant. Hoc autem incendium ad septentrionem non ad austrum fieri necessum est, cum hic aquæ illic terræ globus promineat; qui conceptos ignes alit. *Hæc ille.* Conflagratio quidem instar fulguris veniet, teste Salvatore: Alicubi tamen incipere, alibi finiri non absonum. Et priùs siccata & inhabitata, priùs accendi. Ut in hoc quoq; orbis rerum & circulus appareat. Ita *Philip: Nic: de Antiq:* Aquilonem mundi januam appellitat; & hinc verbi divini lucernam prodijsse asserit. Hinc quoq; spon-

ſponſum, prælucentibus flammis, ad judicium venturum ſine vanitate conijcitur. Cordati candidè judicent.

4. Planius eſt illud *Taciti*: Quis Aſiâ, aut Africâ aut Italiâ relictâ Germaniam peteret? Informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectuq; niſi ſi patria ſit? Quod pariter pro Scanziâ (Gothiâ, Svec: & Norveg.) facit. Quis enim relictâ Germaniâ, Galliâ vel Italia Scandinaviam peteret? Informem terris (primo intuitu & reſpectivè) aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectuq; niſi ſi patria ſit? Populos igitur hinc prodijſſe, non exinde huc inundaſſe concluditur; quod & experientia firmat. Nam vel hodiè primùm adnavigantes, excelſæ rupes, ardua ſaxa terrent: Qui quàm læta paſcua uberesq; venæ intra lateant, ignorant. Neq; ullus huc navigaret, niſi terram prius incolis cultam eſſe accepiſſet.

5. Commodiorem quoq; ab aquilone auſtrum verſus tàm hominum quàm aliorum viventium eſſe propagationem experientia docet. Et vel ruſtici noverunt boves, oves, ſiliginem, triticum, piſa &c. ſolem verſus, ut hinc ex fenningiâ in ulteriorem Sveciam aut

Gothiâ

Gothiam translata feliciùs crefcere. Inde verò huc tranfplantata, brevi degenerare. *Aut igitur primi mortalium per fe intellexerunt, aut divino monitu didicerunt, feptentrionalia loca primitùs excolenda, ut univerfus orbis habitatoribus eò citiùs impleretur:* Cùm ab aquilone meridiem verfus propagatio fit facilior, naturæq; magis congrua. Ut de eo nihil dicam quòd genus hic citiùs multiplicetur, majorq; hominum fæcunditas, ob fortiorem internum calorem, exiftat.

6. Nec debilius illud Taciti, cujus authoritati pleriq; affurgunt: Quia nec terra olim, fed claffibus advehebantur, qui mutare fedes quærebant. Si claffibus advehebantur, non utiq; ex *Boruffiâ* vel *Dantifco*, quod vult *Cluv.* nec aliâ cum Italiâ continente, unde commodum terreftre iter, venerunt, ut quidam nugantur: Sed ex *Scandinaviâ, ut Jornandes* veriùs afferit, folventes Vandaliam cæteraq; ulteriora loca occuparunt. Non enim minùs facile erat, primitùs hinc exire, quàm poftmodùm, five vi impulfos, five fponte, ad inferiora concedere, ut *Cluverius*, contra veram hiftoricorum affertionem, divinat.

7. Nec levius ex eodem *Tacit.* ducitur arg: Qui Germaniam nullis suo tempore adhuc urbibus habitatam fuisse, disertè attestatur. Svionum autem civitates ipso in Oceano viris, armis classibusq; (iam tum) valuisse asserit.

At Svecos Gothosq; diu ante clarissimas urbes, *Bircam*, *Sigtuniam*, *Wubyam*, *Skeningiam*, *Scaras* & antiquissimam *Ubsaliam* habuisse constat; Aliaq; vetusta nobilium oppidorum nomina priscis historijs memorata passim occurrunt. Quod gentis antiquitatem satis arguit. SVECI proinde ac GOTHI (olim Getæ & Schytæ dicti, ut lingvæ & morum communio arguit;) Nulli inter Christianos genti antiquitate concedunt. Ut *Bertius & Cluv.* post alios, clarè asseruerunt.

CAP. VI.

De *Fennorum atq; Æsthiorum antiquitate ex historijs exoticis.*

FEnnorum nationes, quibus nunc *Tavvasti*, *Savvolaxi*, *Careli & Æsthij* alijq; continentur, etiamnum latissimè patent. Quarum antiquitatem & originem eruere, tantò operosius est, quantò minus de ijsdem prisco ævo literarum monumentis prodi-

tum

rum invenitur. Ex ijs tamen quæ annotata sunt hasce quoq; gentes inter antiquissimas esse satis evincitur. Et vel unius *Taciti* testimonium hic suffecerit, qui *Decimo sexto* ab hinc seculo scripserat. (Neq; enim ipsi Germani antiquiorem scriptorem habent.) Hic in libro de moribus Germanorum vicinorumq; populorum, iteratis vicibus gentis hujus mentionem injecit. Modò *Fennorum nationes*; modò *Fennos*, modò quæ *Fennis vita* & (tùm temporis) mores comemorans. Gentem autem ipsam diu ante floruisse indubium, cùm tunc etiam *Romanis* ejus claritudo innotuerit. Unde & hâc exclamatione idem *Tacit*: librum finivit. Securi adversus homines, (Fenni) securi adversus Deos, rem difficillimam assequuti sunt, ut illis ne voto quidem opus sit. *Ptolemæo Φιννοι* dicuntur in descriptione *Sarmatiæ*. *Iornandi etiam Scretofennæ*, & *Finnaithæ*. *Procopio* & *Paulo Diacono* Scritofinni. Neq; *Plinio* gens aut regio eorum planè ignota fuit. Cum sic lib. 4. c. 13. scribat: Nec minor opinione Fenningia, ad Vistulam usq; fluvium à Sarmatis, venedis, Scyris (fortè Scyris leg:) Hirris tradunt. Harria adhuc nota est *Æstbiæ* pars; uti & *Wikia* ac *Wiria*. Unde o-

mnes *Æsthij & Livoni* Fennis, Synecdochicè, Wiroi vocantur: Et Livonia Wirouma. *Iornand:* sub descript: Vinid. gent: Viridariorum meminit. *Æsthiorum* etiam nomen & gens *Tacito* haud incognita; prout d. l. patet. Ubi Æstiorum gentes describit. *Iornandes* in Gothicis Estos & Hæstos nominat: pacatumq́ hominum genus appellat. Horum etiam mentionem injecit *Cassiod:* lib. 5. Epist: 11. ubi Epistolam annectit Hæstis à Theodorico R. Goth: in Italiâ, scriptam. Prout Cluv. ant: Germ. l. 3. c. 44. & Lipf. in not: ad Tacit. de mor: germ: etiam annotârunt. De Æstis quoq; *Eginhardus*, in vitâ *Caroli*, ad australe, codani sinus, littus incolentibus agit. Qui olim non modò omnem *Livoniam*, *sed & Borussiam* tenuerunt. Unde & Succinum *Regi Goth: Theodorico* per legatos dono miserunt, ut ex *Cassiod:* patet. Præterquam quòd *Tacit:* Æstiorum gentes succinum legere innuat. Ex hisce paucis Fennorum nationes, Æstiorumq; gentes non modò antiquas, sed ante plurima etiam secula in exteris notas ac celebres fuisse liquidò constat.

CAP. VII.

CAP. VII.

De Testimonijs domesticis.

QUoniam *rerum Fennicarum, & statûs* ante Christianismum, ne apex hic in Feñingiá scriptus inveniatur; nisi quæ Saxo, Joh: M. & sequaces eorum, alijq; vicini, tanquam quæ aut domi aut præforibus gesta, literis prodiderunt: illi igitur nobis hoc etiam loco domestici erunt. Ubi non obscura, à primis & remotissimis seculis, *Fennorum* mentio injicitur. *Mox enim* in historiâ 18.vi Suec: Regis Sigtrugi, & 5.ti Dan: R. *Grami, Fennorum Regis* Sumbli nomen occurrit; Qui Regis Suec: filiam pulcherrimam Gro sibi desponsârat. At à Gramo subdolè abducta fuit. Nec non, ut *Meursius* commemorat, Sumbli deinceps filia superinducta. Hæc tertio abhinc millenario gesta; ut Chronologi supputant. Neq; enim nunc urgebo, quòd Joh: M. *Sigganem* Suec: R. 5.tum, *Semiramidi* Babylonicæ, ut fertur, contemporaneum, Urbem Sigtoniam, ad lacum Mäler/ præsidium contra Estios Fennosq; erexisse asserat. Et Regis cujusdam Fenn: *Frosthonis* filiam *Skialviam*

cum fratre Lagone, à R. Suec: *Agnero* captam refert *Sturleson*: quem sequitur *Messen*: in Sueopent. Biarmensium, extremi Finniæ populi, in Hist: Uffonis R. Suec: & Hadingi Dan. Pontan. & Meurs. meminerunt. Et Saxo lib. 5. *Echteri* Biarmiæ & *Thengilli* Finmarchiæ Regum meminit: qui Frothonis Daniæ Regis imperium spreverunt. Cujus filiam *Osuram* pugil Sueticus *Arngrimus* auctoritate *Erici* Suec: R. in conjugem impetravit: cùm Biarmiæ R. *Echterum*, & Finmarchiæ R: Thengillum occidisset; Eorumq; thesauros ad Suec: Regem transtulisset. Ut Eric. Ubs. Hist. lib. 1. circa initium refert: quæ jam ante 16. secula, & quod excurrit, contigerunt. *Ferniottus quoq; Fenningiæ R. ante Othini* Asiatici tempora celebratur. Ex quibus gentis antiquitas haud obscurè elucet.

CAP. VIII.

De Origine Fennorum.

ORigo non æquè manifesta. Adami posteros esse Fennos, & Noachi nepotes, gradibus non adeò remotis, indubium.
Per

Per quem verò filiorum juncti paritèr non liquet. *Chami* progenies non ſunt, cui *Africa* in terrarum diſtributione ceſſerat: UbiFenni nunquam habitaſſe leguntur. A *Semo* (antiquiſſ: Sacerdoti Chaldæo Beroſo, Samo) unde ſapientiſſimi populi deducti, ut ait *Reuſn.* Fennos etiam ortos haud abſurdum. Ei enim non oriens modò ſed & dimidium ſeptentrionis ad orientem converſum obtigit, ut poſt alios *Cluv:* notavit. Quò loci *Tanais, Aſiæ & Europæ* limes, Wana Elff/ (Qwiſt) tractusq; circumjacens Wanaheim/ Gothicè olim dicebatur, ut quinto ab hinc ſeculo Snor: Sturl: ſcriptum reliquit. (An etiam hinc regnum Vannianum, de quo Tac. ann: l. 12. & Plin: l. 4. c. 12? haud temerè negaverim.) Ex hiſce Waner ſive Wåner/ Vandalos, Venedos & Vendos appellatos haud abſonū: Indeq; prolatis finibus, ex accolis, mare & ſinum Venedicum (nunc fennicum) dictū, teſte *Ptolem*: Uti & *Cluv*: germ: antiq. l. 3. c. 44. aſſerit. Quinimò ulteriores Carelij ſe invicē adhuc Weño ſalutant. Et regio quā olim *Fenni* tenuere, nunc à Moſco inſeſſa, fennis Wånäjä dicitur. Indeq; *Tacitus lat*: *Fennos* haud

incommodè appellavit. Alij tamen Japhetigenas esse volunt, à *Magogo* ortos; quàm commodè ipsi viderint. Moribus certè & lingvâ, immane quantùm distent. Quòd si tamen à Japheto deducere placet; fortè commodiùs à 4to ejusdem filio Samothe, cujus Berol: meminit, & celtarum colonias anno 155. à Diluv. fundasse lib. 5. ait. Neq; quemquam illâ ætate isto sapientiorem fuisse, ac propterea Samothes dictus. Cuivis tamen prudenti liberum hic esto judicium., Sive autem à *Iaphet* orti, sive à *Samo* (ut sic hic vaticinium impleretur: *Iaphet in tentorijs Sem habitabit*; quod jam diu fieri notum.) Fennos tamen antiquæ originis, & perparùm à primis mortalium, post exsiccatas diluvij aquas, abesse ex supradictis constat. Quâcunq; tandem ratione in hæc loca devenerint. Quod harum duarum alterutrâ viâ factum fuisse necesse est. Nimirum.; *Aut* & illi indigenæ sunt, id est: A primâ populorum divisione in his extremis finibus, è parvis initijs pedetentim propagati. Quod & nomen, si ex Hebræo est, indicat; פִּנָּה *Phinna* enim angulum seu extremitatem notat; E radice פָּנָה *Phanâ*, amovit. Et פְּנִים *Phenim*, intra seu intimum significat.

cae. Sicut פְּנִימָה *Phenima*, intrinsecus sive intrò. Quòd in extremos arctoi orbis angulos semoti habitent. *Aut* expeditione susceptâ, sive sponte, sive pulsi, huc penetrarunt; Quod neq; ab Hebræâ radice abhorret: הָפְנָה *Hiphna*, siquidem, inter alia, etiam expedire est. *Sin autem posterius verum*; Utiq; ex *Asiæ* finibus eosdem venisse tenendum: Et Sarmatis potiùs quàm Germanis adscribendos. De quo *Tacit.* frustrà dubitavit. Rectiùs *Solinus* c. 23. *Fennos à Germanis* excludit. Nec *Mela* germanicum nomen ultra *Vistulam* profert, lib. 3 c. 3. Lingvæ etenim morumq; summa diversitas neq; à Germanis, neq; Suecis, Danis, Norvegis, aut Polonis oriundos esse evincit. *Ex Asiâ igitur advenerunt.* Ubi etiam inter mare & Obdora (præterquam quòd & alibi) reliquiæ Fennorum inveniuntur, Samojedæ / quasi Suomajetti / id est Fennus relinquit. Hæc paucis de Fennorum origine. De quibus ita *Philippus Cluverius* German. Antiq. lib. 3. cap. 45. Ultimi omnium in Germaniâ (*quamvis malè*) recensentur au-

ctori nostro (*Tacito*) FENNI: quorum nomen genusq; antiquâ sede etiamnunc manet, dicuntur quippe sibi atq; contermi- nis Sueonibus Finner. *Quod tamen prius fallit.* Sibiipsis enim Suomalaiset (in singu- lari Suomalainen) dicuntur. Unde & hosce *Sembos* esse, quorum antiquæ historiæ passim meminerunt, verosimile est. Exteri namq: Suomi audientes, Sembi facilè expresserunt.

CAP. IX.

De Causis durationis Regnorum & Populorum septentrionalium.

T*Anta, tantoq́ annorum decursu conti- nuata horum populorum &* Regno- rum *duratio, si cui incredibilis videatur; inter alias, hasce ejusdem causas agnoscere poterit.* 1. Divinam providentiam, *quæ coràm mundo contempta mirè conser- vat; sæpè etiam exaltat.* 2. Situs loco- rum, *ubi mare, cautes, sylvæ, paludes pro muro*

muro sunt, externos hostes avertentes: Ne vel facilè irrumpant, nedum incolas exscindant. 3. *Aëris salubritas.* 4. *Gentis fœcunditas. Quæ tot emigrationibus & excursionibus etiam sufficit.* 5. *Genius terræ, necessaria suppeditans, superflua, & tantùm ad delicias facientia, denegans. Ut enim* Luxus magna imperia perdidit: Ita temperantia hæc aquilonaria regna servavit. 6. *Concordia &* unio Gothorum ac Suecorum: *Horumq́ &* Fennorum. *Qui si, ut olim â* Germanis Borussiam & Livoniam *invadentibus; Ruthenis* Novogordicum *regnum &* Careliam *occupantibus; Itemq́ â* Suecis, *tertium latus, premerentur; Jam pridem gens planè extirpata fuißet. Sub umbone autem* Suecorum, *maximâ ex parte cingentium, tutum adepti perfugium, non aliter ac sub indigenâ & naturali* Re-

ge,

ge, *florent augenturq̃.* 7. *Forma imperij & moderatum regimen; Legesq̃ ad natură populi accommodatæ. De quibus postea, suo loco, commodiùs dicetur.* 8. *Genius populi, duram domi vitam dapibus atq̃ delicijs in exoticis præferentis.* 9. *Et tandem justissima sedium occupatio.* In vacua quippe, primis mundi temporibus, venerunt: Quæ naturaliter occupanti cedunt. *Ideoq̃ & hæc loca, â libero populo in libero solo occupata, tàm distutò & quietè tenuerunt ac immoti possederunt. Aliter quàm Gothi exeuntes & aliena invadentes.* Quorum foris stabile nomen non extitit: Ut loquitur textus capitis 1. Jur: prov. Suec. tit: de Reg.

CAP. X.

Conclusionem hujus Libri continens.

Atq̃;

Atq́; hæc de vetuſtiſſimarum gentium ſeptentrionalium antiquitate & origine; Ubi *Suecos cum Gothis*, ſub eodem capite, conjunxi: Unam quippe gentem eſſe, lingva moreſq́; demonſtrant. *Getas autem & Gothos* eoſdem fuiſſe, præter alios, eruditè docuit optimè meritus *D. Joh: Loccen: Antiq: Sueo-Goth. l. 1. c. 1.* Noſtrates Gö-thar ſcripſerunt. Ubi exterorum, literam ö ignorantium, alij o, alij e, ex quibus ö conflatur, ſubſtituerunt. Unde hoc nominis, Gothus & Geta, divortium. De *Fennorum quoq́ Æſtiorumque* antiquitate & origine ſimul egi, quòd & hi, cum interjacentibus, ejusdem primordij eſſe videantur. Prout ex *lingvâ moribusq́* in ſequentibus conſtabit. (*An verò Plinij Eſſedones lib. 4. c. 12. Et Damaſtis atq́ Stephani* ἰσσηδόνας,

cum

cum Esthonibus seu Æstijs eosdem statuere oporteat? alij dijudicent. Vid. Cluv. germ. antiq. l. 1. c. 1.) De Scritefinnorum (ut vocat *Mag. Adamus Bremensis*) seu ScretoFennorum, juxta *Jornandem*, origine seorsim agere, non magis operæ precium duxi. Cùm hi alij non sint, quod & supra monitum, quàm aquilonares quilibet ligneis plantis currentes; Et præsertim *Lappi* (Fennorum, ut videtur, proles:) Quod *Jornandis* quoq; descriptio dictat; *Ita habens: Alia verò ibi gentes Scretofennæ: qui frumentorum non quæritant victum; Sed carnibus ferarum atq; avium vivunt. Ubi tanta paludibus fœtura ponitur, ut & augmentum præstent generi, & satietatem & copiam genti. Vid. Cluv. germ. ant. l. 3. c. 41.* Quid a. in *Lappos* magis congruere poterit; Quàm hoc ipsum? Ut etiam infra

ex

ex moribus eorum planius fiet. Unde & horum antiquitas pariter ſtabilitur. Quamvis n. nomen *Lapporum* recentius (fortè à pellibus quibus teguntur, Lappar & Skinlappar Suec: Lappen Germ: vel à Lappo Fen: extractum lini nendi, Uttog: Quòd ex Fennis in ſolitudines educti ſint. Illa n. Ziegleri derivatio minus quadrat, cùm Lappi adeò inepti non ſint, teſte experientiâ.) Gens tn. ſatis vetuſta eſt; olim *SkidFennorum* ſeu Skredfinnorum nomine nota. Prout ex ſuprà citatis authoribus eſt manifeſtum. Populos igitur hoſce ſeptentrionales antiquiſſimos eſſe concluditur. Antiquiſſimos dico; non abſolutè: Cùm conſtet ſolos Chaldæos, à quibus Hebræi dialecto tantummodò differunt, antiquiſſimos omnium populorum fuiſſe (*quod etiam Bodin: Meth. hiſt. cap. 9. annotavit*) idq; non ſolùm Moſis graviſſimo teſtimonio, ſed etiam Metaſth: Herod: Cteſiæ, Xenoph: quibus aſſentiun-

tiuntur juniores, Diog: Laërt: Philo, Porphyr: in Epist: quadam ad Boethum, Clem: Alexandr: in Strom: Euseb: de Evangel: demonst: Theodoret: lib. 1. de græc: affectionũ curatione, Rabbi Moses Maymonis filius, lib. 3. c. 30. perplexorum, ac reliqui quoq; interpretes hebræorum. Antiquissimi tamen sunt supradicti septentrionales respectu aliarum gentium, tum vicinarũ tùm remotarum, potissimùm quæ hinc oriundæ. Nec tria originis argumenta, *à Bodino.* cit. loco adducta, malè quadrant; *1. Ex testimonijs fide dignorum historicorum*, quæ adduxi. 2. *Ex linguæ antiquissimæ vestigijs*, quæ etiam manifesta sunt. 3. Tertium, de solitudinibus post loca deiicijs plena habitatis, undiquaq; non probatur: cum inde sequeretur istarum culturã omnẽ esse violentam, quæ diuturna non foret. Deus n. & natura hisce locis apta corpora prospexit, ut inde facilior fieret propagatio in speciosiora terrarum loca, eoq; citiùs totus orbis inhabitaretur, quod sup. c. 5. arg. 5. indigitatum.

GRande Senex, *decus est*; Cana *est* Respublica *major*;

Durando durans, fit magis inde potens.

Nuncia nam mortis, viventibus, ipsa senectus;

Sed vita est Regno, *quòd stetit ante diu.*

LIB. III.

LIBER III.

De LINGVIS

Sub Imperio Sveo-Gothico usitatioribus.

CAP. I.

De Priscâ Lingvâ Sveo-Gothicâ In Genere.

ANtiquissimæ gentis lingva etiam, haud dubie, antiquissima est. Nec ulla fere extat, solam Hebræam excipio, cujus antiquiora monimenta, quàm *Gothicæ*. Hæc una cum gente victrice ad alios populos longè lateq; est propagata; vel *Integra*, ut per *Daniam*, *Belgium Germaniamq́*, variantibus tantùm dialectis; Vel *Corrupta* atq; exoticis permixta, ut per *Galliam*, *Italiam*, *Hispaniam*, aliaq; orbis terrarum loca. Unde ingentē Gothicarum vocum farraginem, quæ in Italicâ lingvâ inveniuntur Ol. M, operi suo, Romæ jam fermè ante seculum impresso, attexuit. Nec pauciora adhuc etiam ex Gallicâ notari possent. Varijs autem lingva ista nominibus antiquitùs apud Authores venit. Veteres Scythæ, *Luciano* teste, alanico locuti sunt sermone;

mone; *Alanicum Procopio* Gothis, Gothicumque *Strabo* Dacis assignat. Et *Cluv*. Priscorum *Gallorum*, *Germ: Svecorum* & Gothorum lingvam, in genere, *Celticam* appellitat. Sermonem quo peculiariter *Gallia* fuit usa, prius quam in provinciæ formam redigeretur â *Romanis*, prorsus abolitum putat B. *Rhenanus*: non secùs ac *Hispanias* suum amisisse sermonem: Ut citat D. *Philipp. Nic. lib. 1. de Antiq: german*. *Borealiorum* verò lingva præsens, utut ab antiquissimâ non parùm recesserit; purior tamen adhuc manet, nullo ferme dictionis exoticæ fuco inquinata: *Quippe, ut verè Bertius lib. 2. c.16. com: rer: Germ: nunquam in has terras Græci, nunquam* Romani *armis suis penetrârunt; quò fit ut adhuc omnia apud Sveones Gothosq; integra & incorrupta sint*. Neq; O*thini ex Asiâ* adventus lingvam planè mutare potuit, quamvis voces nonnullas, quas nova Religio (potiùs impia superstitio) invexit, admiscuerit. *Lingva enim gentis tàm facilè non exscinditur, ut idem Philipp. Nic. fusiùs disserit.*

CAP. II. *De Antiquis Runis earumq; varijs speciebus.*

Nec

NEc medium lingvam conservandi, *Propria literatura* (una fidelis custodia rerum) vel olim defuit. *Runas* enim seu proprias literas *Sveci-Gothiq;* ab antiquissimis seculis habuerunt. Non modò superstitiosos & magicos characteres, variarum specierũ: ut Hugruner, id est Magnanimitatis al: cordiales; pudendis & pectori incidi solitas. Ahlruner i. e. Cerevisiarias; poculo & navi insculptas. Brunruner; Fontanas seu puteales, puppi & gubernaculo inscribendas Limruner i. e. Artuales, in corticibus & foliis arborum notatas. Sigruner i. e. Victoriales, capulo, ensi, lituo & chirothecis aptatas. Biärgruner i. e. Salvatrices & auxiliatrices, parturientium artus cingentes Målruner i. e. Compensatorias, sedibus fori iudicialis inaratas. Swartruner i. e. nigras & furvas sepulcaris impressas. Ramruner i. e. Amaras, quippe nocentissimas. Sed & elementa ipsa literarum, quæ item Runer vocarunt, de quibus in sequentibus.

CAP. III. *De antiquis literis Sveo Gothicis.*

GOthos Sveonesq; priusquàm vel *Cadmus* græcas vel *Carmenta* cum filio *Evandro* romanas invenerint, proprias diu literas habuisse non sine ratione *Ioh. M. lib. 1. c. 7. & cum eo B. Vulcanius* aliiq; attestantur. Quod monumenta memoriæ Gothorum, in exteris bellis græcis, & ipso Trojano occum-

bentium erecta, suis inscriptionibus satis attestantur. Quæ antiquissimæ *literæ Runicæ* etsi ante annos 650. circiter, ab *Olao* Skott Konung Svecorum Gothorumq; Rege, ad nutum *Sylvestri II. Pontificis Romani, & Sigfridi Episcopi Wexionensis* abolitæ sint, *ut prisca idololatria* citiùs extirparetur, *Locc. Antiquit. Goth. lib. 2. c. 14.* Laudabili tamen studio doctorum virorum, prisca ista literatura, ex antiquis monimentis, quæ in saxis & lapidibus remanserunt, eruta & conservata est. Primus omnium, quod sciam, *elementa runica* typis evulgavit & excusa in lucem produxit *Ioh. Mag. Ups. Archiep.* & post eum *Olaus M. Fr.* Quos sequitur *Leonhardus Thurneiser* in Onomastico suo, posteaq; *Bon: Vulcanius de literis & lingvâ Getarum sive Gothorum*; qui Alphabetum unum & alterum à Danis sibi communicatum testatur: quæ procul dubio, ab exemplo *Ioh. M. & Ol. M.* excitatis, conquisita fuere. Tandem, post plures alios quos & ipse citat, eximium quid in hoc literaturæ genere præstitit *Ioh. Buræus* in *Tyrocinio Runico* Anno Chr. 1599. evulgato: quo vicissim, velut ariadnes filo, adjutus *D. Ol. Wormius Danus* sibi suæq;


patriæ

patriæ ex *Runicâ Literaturâ*, quam ipse Danicam vocat, haud exiguam fœneratus est gloriam. Unde *Præfatus Bureus* in cantilenâ de *revolantibus seu refugientibus domum Runis*, tanquam vitulo suo arantem, ante 12. annos perstrinxit. Sunt autem elementa Runica ordine antiquo & domestico isthæc:

Figura		*Nomen*	*Valor*	
ᚠ		Frey	F	ᚡ v cons.
ᚢ	ᚢ ᛚ	Vhr	V u W	ᚢ y ᚢ å
ᚦ		Thors	Th dh	ᚦ d
ᚮ	ᚯ ᚭ ᚯ	Odhes	O å ö	ᚯ ö
ᚱ	ᛦ (	Rydhur	R *in fine post cons:* er	
ᚴ		Kyn (Kön)	K c q	ᚵ g
ᚼ		Haghal	H. *post vocal:* ch gh	
ᚾ	ᚿ	Nädh	N	ᚾ nn
ᛁ		Idher	I	
ᛅ	ᛆ	Åru	Å a	ᛂ e
ᛋ	ᛌ ᛍ	Sun. Sool	S z s	
ᛏ	↑	Tidher	T tt	ᛑ d
ᛒ	B	Byrgh-al	B B p	ᛔ B bb pp
ᛚ		Lagher	L	ᛛ ll
ᛘ		Man	M	

Quæ alio ordine & nominibꝰ vid: in Chron: Gothlandiæ p. 83.


Secundùm ordinem Latinorum nunc acceptum, sic recensentur.



Idem: a/ bb/ cc/ ddd/ e f/ g/ h/ i/ k l m/ nn/ oo/ p/ qq/ rr/ sss/ t/ (quod etiã sic ᛏ notatur) u uu/ xx/ y/ z ab: not: exprimitur. å åå/ ö/ ä/ ö.

Quæ usitatiora sunt elemẽta runica, ex *Ioh. B.* monumentis petita; ubi quædã duplici, nonnulla etiã triplici modo notata inveniuntur. Plura de hisce cupiens, dictum Buræum & VVormii literaturam adeat. Nec, si usus ex Abcedario Runico Buræi & antiquis monumentis accedat, lectio difficilis erit.

Fuerunt & aliæ literæ, Gothis in exteris usitatæ, ideoq; & græcis ac latinis elementis mixtæ: De quibus vera esse potest assertio *Chron*: Vrspergensis, quòd *Ulpias Episcopus*, tempore Imp. *Arriani*, eas invenerit vel præcipue excoluerit. Quarum hæc figura fuit:



A b c d e f g h å th i k l m n o p q r s t,

ar

v u y z ch. *Istis notis salutatio Angelica, Oratio Dom: Canticum Mariæ & Simeonis, apud Vulcanius in commentariolo expressa sunt. Fuerunt etiam antiquorum Helsingorum propria elementa à Runis distincta; quorum nulla duplici constabat ductu: Sed punctis & lineolis rectis aut curvis, quæ vid: in descr: Svec. Andr. Buræi, & monumentum in* Ansgedal *extat. Sed cùm hodie à nemine legi queant consultò omitto.*

CAP. IV. *De baculo Runico, vulgò* Rijmstaff *dicto.*

PRiscæ literaturæ haud vilissima portio est cognitio baculi *Runici*; quo & prisci olim patriotæ, & etiamnum plebs rusticorum, *anni tempora, festa immobilia*, cæteraq; notatu digna *literis runicis aliisq; notis hieroglyphicis* supputant & observant. De quo hæc paucis notare libet.

1. Utriq; baculi faciei adhærent 12. mensium nomina & Symbola. Prior notatur Scuto & litera ᚱ. quâ continentur *Ianuarius* svet. Thora/ ab idolo Thor dictus; qui *coronato* cratere, Kronkota/ notatur. *Februarius*, Göya/ item â prisco Idolo appellatus. *Martius* Blijde. *Aprilis* Wårant. *Majus*, Maya

i, e, Virgo. *Junius*, Hœrrila/ i, e, Nuptialis; à Howa Ol/ i, e, *nuptiis*; quæ tùm frequentiùs celebrata, nominatus. *Posterior facies notatur, literâ R inversa,* , *quæ literas ejus faciet, hebræorum more, inverso ordine legendas monet.* Hic sunt *Junius* Hőand i, e, fœnisecium. *Augustus* Skördand i, e, messis. *September*, Höstmånadt i, e, Autumnalis. *October*, Slachtmånadt mactationis. *November* Wintermånadt/ hyemalis & *December*, Julemånadt: In quo, tanquam rota, annus in se rediens convertitur.

2. In utraq; baculi parte quatuor characterum ordines cernuntur. *Primus* est dierum cujuslibet mensis, *Secundus* notabilium dierum seu festivitatum; signa integrâ cruce notata exhibet.

Festa domestica otiosorum Suet: Laat Helgder .

Jejunia Papicolarum Et dies quibus mutationes aëris & futura observantur. Ut

In Petri cathedrâ, glacie si stringitur unda;
Non perit ante dies, hæc quater atq; decem:

& similia.

Pecuniam notat. & nundinas indicat. Festa universalia, ut *dies nativitatis* &c. Circumcisio.

cisionis & Epiphaniæ, cornu taurino erecto indigitatur (Olim enim ex cornibus potârunt,) *ut eversum cornu* festivitatis cessationem indicat. *Baculus Episcopalis*; Episc: Henrici Finl. d. *Ensis*. S. Pauli conversionem. *Candelabrum* Purificationis. *Securis*, S. Sigfridi Episc: Wexionensis; cujus ibi nepotes securi percussi. *Piscis*, S. Matthiæ. *Securis*, S. Georgij; cœdendis trabib. aptum. *Iugum*, S. Benedicti; quo utensilia rustica parantur. *Corona*; B. Virginis coronatæ Wårfrw. *Arbor* florifera, Tiburtij. *Cuculus*, S. Marci. *Tres spicæ*, S. Erici Reg: Suec; 18. Maij. *Granum*, Urbani; quo hordeum seritur. *Rapa*, Botolphi 17. Jun. *Arbor vel ramus frondibus virens*; S. Joh: Baptistæ. *Claves*, Petri & Pauli. *Rastillum*, Margaretæ; cùm fœnum vertatur & colligitur. *Pyxis*, Magdalenæ, pedes Christi ungentis. *Baculus*, S. Jacobi. *Bipennis*, vel securis Amazonum, S. Olai Reg. *Rogus* S. Laurentij, in rogo tosti. *Lituus*, Pastoralis tuba lignea corticib. intorta, Svet: Luur/ S. Michaëlis; quo inflari solet. *Ædes*, S. Birgittæ Vadstenensis. *Arbor folijs nuda*, primam noctem hyemalem, Fôrsta Winters

 Nått

Natt. *Templum*; omnium Sanctorum. *Anser*, Martini; cui tùm bellum indicitur. *Anchora*; Clementis. *Rota*; Catharinæ. *Crux*; S. ANDREÆ. Cætera ex *Cisiojano*, veteri Calendario, petantur.


Tertius utriusq; faciei ordo, characteres continet *literarum dominicalium*; quas ex connotato ☉lari Cyclo, per aureum cujusvis anni numerum, in cæteris Calendarijs invenire operosum non fuerit.

Quartus & infimus 19. aurei numeri characteres habet; Juxta seriem *Alphabethi Runici* Sveo-gothici superiori cap, primo loco notatam: Quibus alij 4, characteres addunt [rune] 16 Stupemader 17 ᛮ Arbuger 18 ᛯ Twemader 19 ᛰ Belgthor. Quorum uti & cæterorum ulteriorem explicationem & ordinis rationem enodandam, hæc studia ex professo tractantibus lubens relinquo, & ad Vormii fastos remitto: Ubi varietatem non parvam videre est. Nec omnes baculi eodem modo apud nos notati inveniuntur.

CAP. V. *De antiquis & recentioribus numerandi notis.*

PRiscas numerandi notas in antiquo M. S. hasce offendi:

Ubi



Ubi prima notas absq; dubio, 1. notat, 2da 2. tertia 3. & ita deinceps. Quatvordecimam in d. M. S. desiderari adverti: quod vel hâc notâ,  vel  restitui posse autumo. Cùm lineola præfixa unitatem demat. Prout ex novenario satis apparet. Vicesima prima nota 30. sequens notat 40.50 60.70.80. 90. circulus, 100. significat &c. Atq; sic numerum quantumvis magnum aut parvum, veteres his signis propriæ inventionis, annotare potuerunt. Moderni patriotæ inter numerandum utuntur notis cum Romanis, Germanis alijsq; communibus: Tum literis M. item ∞ vel cIɔ, D, aut Iɔ, c, L. X. V. I. tùm decem minoribus notis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 0. nec non & calculis; *quod libelli arithmetici uberiùs docent.* Quomodo a. antiq: lit: runicis numeros notarint; *vid: Worm: fast. Lib. III. Cap. III.*

CAP. VI. *De Modernis literis.*

Literarum figurâ nunc a. utimur, cum Germanis & *ὁμοφύλοις* alijs populis communi; ex Romanis elementis, haud dubie, dimanante, tali:

Abcdefffghiklmnopqrſſſßstuv wxyz. Diphtongos habemus proprias. Quarum ſonum quædam etiam aliæ lingvæ; figuram aut literas nullæ habent: å ſz. å ö. prima ſonat, ut gall: *au* 2da, ut *oi* 3tia ut *eu*, quem ſonum alterutrius lingvæ ignarus diſſiculter aſſequitur. Quorũ reſpectu haud malè *Anonymi comment: apud Vulcanium* dixiſſe videtur; *Sermo Gothicus è gallico temperatus.* Iſtis literis, uti patet, quilibet ſonus facilimè exprimi poteſt. Quò fit, velut ait idem *comment: ut nullum alphabetum abſolutius ſit* (Getharum aut Gothorum,) *qui undiq́, quod ad veram pronunciationem faceret, mutuati ſunt.*

CAP. VII. *De Convenientiâ* Sueo-Gothicæ & Germanicæ *Ling:*

UT congentiles & ex eâdem origine eſſe *Svecos ac Germanos* ſuper: lib. iñuebatur; ita hic etiam lingvis maximè convenire, haud difficile oſtenſu. Eadem quippe maximâ ex parte rerum vocabula, nomina & verba utrinq; adhibentur. G Boh Gott/ Fadher Vater/ Son Sohn/ Engel Engel/ Himmel himel/ lufft lufft/ Watn Waſſer/ Jord Erd/ Guld goldt/ Silffwer ſilber/ Steen ſtein/ Mann man/ Wiff weib/

weib: Hws haus: Glaas glaß/ &c. Idem in verbis, ut Gåå gehen/ Ståå stehen/ ligga ligen/ låsa lesen/ skriffwa schreiben/ &c. *Quæ magno numero & plenius in majori opere percensentur. Quin & ante 8. secula lingvæ germ: quàm plurima vocabula cum his quib. hodieq; utimur convenisse patet ex Epist. Lips. 44. cent. III. ubi inter alia hæc leguntur: vet: germ: Anliton. Svet:* Anlite. Affter effter/ Angust ångest/ Asca aska/ Erue Erff/ Farnozzon förnöta/ Fermerthan förwarda/ Hoere Hoora/ Gelaut låff/ Geqwicco wederqwicka/ Giminsaka förminska. Gibresti brist/ Harcgan haar/ Hue hwem: Lepera läppar/ liwia liff/ locka lockar/ Qwena Qwinna/ Quicvee qwickfå/ Saca saak/ Sciteri skäär/ Sethelgang solegång/ simualatgun sinfaldigh/ spitis spett/ Thiurne tårna/ Utriston yterste/ wala hwaladinp/ Wamban wamban/ Wan wän/ Witi wett/ & similia quàmplurima quæ d. l. legantur. Unde non immeritò *Rodericus Toletanus* Teutonia, inquit, Dania, Norvegia, Svetia, Flandria & Anglia, unicam habent lingvam, licet idiomatibus dignoscantur. Hoc ille ante annos nondum 400. ait *Lips.* Paulò supra notuisset & Galliam addidisse &c. vid: cit: Epist.

Communes etiam sunt *literarum mutationes*, ut Fadher Vater: Son sohn: Brodher Bruder: In plurali Fädher Väter: Söner söhne: Brödher Brüder: &c.

In nominum flexionibus sic hodiè conveniunt: *Genera utrobiq; Ma..sc. fæm: & neutr.* quæ articulis Han/ Hon/ Det. Germ: Der/ die/ daß/ distingvuntur. Not: sæpe etiam Sveci, articuli loco, præfigunt numeralem particulam En/ een/ ett/ (sicut galli pro articulis *le* & *la*, *un* & *unne*.) *Ubi observ.* En/ *esse Masculinum*, Een/ *vero fæmin. e.g. Es. 7. v. 14.* Een Jungfrw skal föda en Son. *Apoc. 12. v. 1.* Een Qwinna/ *v. 3.* En Drake/ *&c.* Genitiv: Masc: & neutr: fere addito S formatur, ut Fadher faders vel fadren fadrens/ Germ: Vater Vaters/ Himmel himmels/ vel Himmelen himmelens/ germ: Himel himels/ Måna vel måne & månen/ G. Månens/ germ: Mond mondes/ Skrifware skrifwares/ germ: Schreiber schreibers. Germ: tamen S in artic. aliquando continent, ut Der Herr/ des Herren/ Svet. Herre vel Herren Herrens. Ita Neut: Diur diurs/ vel Diuret diurets/ ger: Thier thieres/ Blod blodz vel blodet blodetz/ Blut blutes: Sic Wijf wijfs vel wijfwet wijfwets/ Weib weibes &c. Gen, Fæm. Svec. in nes vel ans/ ut Qwinna qwinnones & contr: qwinnans/ Jord jordennes vel jordens constructè Jordz/ Stierna stiernones & stiernan stiernans/ item stiernos constructè. Nonnunquam etiam addito saltem S ut Fru Frus pro Frunes / Qwinnan qwinnans/ Hustru hustrus & hustrun hustruns &c. Gen: fœm. germ. ferè in n ut Der Frawen/ Erden/ Wannen. *Cætera ex Paradigmatibus innotescunt, ubi germanis articuli magis quam nomina flectuntur, sic* Masc. Sing.

Suec

Sveticè	*Germanicè*
N En Man & mannen	Der Man/
G Mansens/ vel mannens item constructè mans	deß manns
D mannenom vel enom man & manne recent: mannen	dem man & manne
A mannen vel en man	den man
Voc: ô man	O du man
Abl: Aff(medh) mannenom vel enom man & mannen	Von (mit) dem manne
Plur. N Mån & månnerna	Die mäñer
G månnernars & måns	der mäñer
D månnerna & mån antiq: månnomån & månnom	denen månnern
Ac: månnerna & mån	die månner
Voc: ô mån	ô ihr mäñer
Abl: Aff månnerna antiq: månnomen.	von den månnern.

Fœmin: *Sing.*

N Frw & frwn	Die Fraw
G Frwnes/ fruens & frws	der frawen
D Frwn & frwne	der frawe
A Frwn/ (an & na)	die fraw
V ô frw	ô du fraw
Ab: aff frwn & frwne & frwan.	von der frawen.

Plur:

Plur. N Frwer	Die frawen
G frwern[illegible]rs & frwers	deren frawē
D frwerne & frwer antiq: frwomen	denen frawē
Ac. frworna & frwer	die frawen
V ô frwer	ó ihr frawē
Ab. Aff frwerne & frwer:	denen frawē
Svec.	*Germ.*
Neut: Sing. N Ett Ting & tinget	Das Ding
G tingets & tings	des dings
D tinget/ tingeno (e/o)	dem ding
Ac. tinget & ting	das ding
V ó ting	ó du ding
Ab. Aff tinget & tingeno (a/e)	von dē dinge
Plur. N Ting & tingen	die Dingen
G tingens	derer dingē
D tingen antiq: tingom & men/	derē dingen
Ac. tingen & ting	die ding
V ó i ting	ó ihr ding
Ab. Aff tingen & ting antiq: tingomen.	von den dingen.

Sic quoq; & Adjectiva pari fermè ratione in utrâq; lingvâ moventur: Et cum nominibus substantivis unà declinantur. Hoc modo:

Masc. Suet: Then/thenne/then ther/hwilken store swarte

swarte Mannen/Germ: Der dieser jener welcher großer schwartzer mann. Fœm: Svet: Den/denne/ then ther/ hwilken stora swarta Qwinna. Germ: Die/ diese/ jene/ welche große schwartze Fraw.

Neut: Svet: Det/ detta/ thet ther hwilket stora swarta diuret/ vel diur. Germ: Das dieses jenes welches großes schwartzes thier.

Comparatio etiam utrobiq; eadem est: ut: Lård lårdare lårdast & aldralårdast. Gelehrt gelehrter gelehrtest & allergelehrtest.

Irregularia utrobiq;
- Godh båttre båst & aldrabåst/
- Gut beßer beste & aller best
- Ond wårre (argare) wårst aldrawårst (argast)
- Böß/ årger allerårgest & årgest.

Sunt utrinq; *Primitiva* ut GUdh Gott/ Fader Vater/ Himmel Himel/ Menniskia mensch: Et *Derivativa* Guddom Gottheit/ Guddommeligh Göttlich/ Faderligh Våterlich/ Himmelsk himlisch/ Menniskligh menschlich: Item *Simplicia* ut Hierta hertz/ Skeen schein/ wårk wehe. Et *Composita*, ut Soolskeen Sonnenschein/ Hiertawårk hertzwehe/ huuskors hauscreutz/ tröstbook trostbuch. *Unde in nominibus convenientia patet.*

Pronomina quoq; magnâ ex parte conveniunt;; ut Jagh (antiquis ick) Germ: Ich/ tu vel du/ du/ han/ he vel er: Wij/ wir/ J ihr/ the die vel sie: Wår vnser/ Eder ewer/ theras deren/ vel ihrer/ min mein/ din vel tin dein/ sin sein/ Jag sielff/ ich selbst/ denne vel theße/ diese. Declinantur etiam uniformitèr Pronom: ut N. Jagh G, caret, D, Ac, & Abl: migh. Pl: N, Wij D, Ac: Ab: Oss. Germ: N, Ich D, Ab: mir Acc: mich Pl: N, Wir D, Ac: Ab: Vns &c. *De Articulis supra.*

VERBA etiam similiter conjugantur, adhibitis (*non secus ac in gallica, Italicâ & Hisp. lingg.*) auxiliaribus, Jagh år/ Ich bin/ i,e, sum & Jagh haffwer/ ich habe/ i,e, habeo. Quæ *sic inflectuntur:*

	Sveticè		*Germ:*
Sing:	Jagh	Haffwer	Ich Habe
	Tu	Contr: Haar	Du hast
	Han		Er hat
Plur:	Wij	haffwom (haam)	Wir haben
	J	haffwen (haan)	Ihr habt
	The	haffwa (haa)	Sie haben

Præ-

Præterito imperf:

S. Jagh ⎫	Ich hette	
Tu ⎬ hade	Du hettest	
Han ⎭	Ehr hette	
Pl: Wij hadom	Wir hetten	
J haden	ihr hettet	
The hade	sie hetten	

Quæ flexio Optat. & Coniunct: maximè congruit.

Præs: Perf: & Plq.

S. Jagh/	Ich habe/	gehabt.
Tu/	du hast/	
Han hafwer haft	Er hatt/	
Pl. Wij haffwom/	Wir haben/	gehabt
J haffwen/	ihr habt/	
The haffwa haffdt	sie haben/	

Futurum.

S. Jagh ⎫ skal haffwa	Ich sol (werde)	haben
tu ⎬ (warder haf-	du solt (wirst)	
han ⎭ wandes)	er sol (wirdt)	
P. Wij skolom (wij wardō)	wir werden haben	
i skolē (i wardē) hafwande	ihr werdet haben	
the skola (the warda)	sie werden haben	

Imperativus.

S. Haff tu (haff du)	Habe du
Haffwe han	habe er
Pl: Haffwom wij (låt oss haffwa) haa	laß vns haben
haffwen i (haan i)	habet ihr
haffwe the (låt them haffwa vel haa)	las sie haben

Con-

Conjunctivus & Optativus adjectâ conjunctione vel Adverbio, pariter fiunt

Infinit:	haffwa	haben
Præt: plusq:	haffwa haffe	gehabt haben

Alterum auxiliare Verbum sic conjugatur.

Sing	Jagh Är	Jch bin
	Tu äst	Du bist
	Han är	Er ist
Plur:	Wij ärom	Wir seyn
	i ären	jhr seid
	the äro (a/e)	sie (die) seynd
Præteritum.	Jagh } War	Jch war
	tu } War	du warest
	han } War	Er (der) war
	Pl: Wij worom (re)	Wir waren
	i woren	ihr waret
	the woro	sie (die) waren.
Præt: Plusq:	S. Jagh } haffwer warit	Jch bin } gewesen
	Du } haffwer warit	du bist } gewesen
	Han } haffwer warit	Er ist } gewesen
	Pl: Wij haffwom } warit	Wir sein } gewesen
	i haffwen } warit	ihr seyd } gewesen
	the haffwa } warit	sie/ die/ seind } gewesen

Futu-

	Swedish	German
Futurum.	S. Jagh } skal warda	Jch werde }
	Tu } &	Du wirst } seyn
	Han } warder	er wird }
	P. Wij skolō (skom) wara & wardom	Wir werden/
	i skolen (skon) wara & i warden	ihr werdet/
	the skola (sko) wara & the warda	sie werden seyn
Imperativ:	S. War du	Sey du
	Ware han (wari det)	daß er sey
	P. Warom wij & låt oss	laß vns seyn
	waren i (wara)	seyd ihr
	ware the	laß sie seyn

Subjunctivus & hîc, ut ante dictum, formatur V. g.

	Swedish	German
Ehuruwäl.	Jagh är	wie wol ich seye
Oansedt	tu äst	(so) Du seyest
(ändoch)	Han är	Er seye
om	Wij ärom	wie wol wir seyn
	i ären	(so) ihr seyd
	the äro (a e)	sie seyndt
Præteritum. Oanset	Jagh wore	Ob ich were
ändoch	tu wore	wie wol du werest
om	han wore	Er (der) were

Gif-

Giffwe { Wij worom   wolte } wir weren
GUdh { i woren   Gott } ihr weret
at { the woro   das (sie die) weren

Infinitiv: Præs: wara;   seyn
Præteritum   Haffwa warit   Gewesen seyn
Part: præs: warandes   wesend
Præt: Som war   Gewesen & ge-wesener

Istorum adminiculo (*undè auxiliaria dicuntur*) quævis verba, tàm in *Activâ*, quàm *Passivâ* voce conjugantur, non magnâ discrepantiâ ut: *Scribo*.

Indicat: Præsens

S. Jagh Skriffwer   Ich Schreibe
tu skriffwer   du schreibest
han skriffwer   er schreibet
Pl: wij skriffwom / we   wir schreiben
i skriffwen   ihr schreibet
the skriffwa   sie (die) schreiben

Præteritum.

S. Jagh } Skreeff   Ich Schriebe
tu } Skreeff   du schriebest
han } Skreeff   er schrieb
P. wij skreffwom / we   wir schrieben
i skreffwen   ihr schriebet
the skreffwo   sie schrieben.

Jagh

Perfectum	S. Jagh/	ich habe/	geschrieben
	tu/	du hast/	
	Han haffwer skrifwit.	er hat	
	Pl: wij haffwom/	wir haben/	
	i haffwen/	ihr habt/	
	the haffwa skriffwit.	sie haben/	
Futurum	S. Jagh/	Jch werde (sol)	schreiben
	tu/	du wirst	
	han wil eller skal skrifwa.	er wird (sol)	
	Pl: Wij wiliom/	Wir werden/	
	i wilien/	ihr werdet/	
	the wilia skriffwa	sie werden/	
Imperat:	S. Skrijff du	Schreibe du	
	skrijffwe han	schreibe er	
	P. skrijffwom wij	daß wir schreiben	
	låt ojj skrijfwa	laß uns schreiben	
	skriffwen i	schreibet ihr	
	skrijffwe the	las sie schreiben.	

Subjunctivus, ut monitum, additis tantùm particulis habetur: ut

När tå	S. jagh/		ich schreibe
	tu/	wen (so)	du schreibest
	han skriffwer		er schreibet
	Pl: Wij skriffwom		wir schreiben
	i skriffwen &c.		ihr schreibet &c.

Preteritum				
S. jagh	hade skriffwit	ich hatte	Geschrieben
tu		du hattest	
han		er hatte	
Pl. Wij hadom		wir hatten	
i haden	skriffwit	ihr hattet	
the hade		sie hatten	

Infinitivus Svec: ferè in a exit, ut skrifwa dricka/ liggia/ ålska/ vel a crassum seu å/ ut gå/ slå. Passiv: in as ut nalkas/ skriffwas/ drickas/ elskas/ vel ås ut slåås/ förgåås. Germanorum autem infin: activ: in en/ ut schreiben/ trincken ligen/ lieben/ gehen/ stehen/ nahen/ schlagen/ verschmehen.

In indeclinabilibus quoq; convenientia satis patet. Adverb: ut

Hwar wo? Här hier/ Der dort/ annorstådes anderswo/ allestådes allenthalben. Derinne drinnen/ dervthe draussen/ när nahe/ affsijdes beyseit/ hijt hieher/ hwartvth wohinaus? nyligh newlich/ hwarthen wohin? så swåra so sehr/ meer mehr/ imårgon morgen/ om dagen des tages/ om natten des nachts/ huru offta wie offt? Ja ja/ ney nein/ sij sihe/ giffwe GVdh gebe GOtt/ fort fort/ först erst/ hwi så wie so? wäl wol/ wijsligen weislich/ passeligh paßlich/ nogh gnug/ kan skee/

kan

kan geschehen. Så sant migh GUdh hielpe/ so war alß mir Gott helffe/ bätter besser/ besynnerligen besonderst/ parom beyparen/ etc.

Conjunctiones: Och auch/ doch doch/ både beydes/ så so/ tå da/ om ob/ huruwål wiewol/ etc.

Præpos: För für/ medh mit/ hinsi[?]dan jenseit/ under unter/ uppenbarligen offenbarlich etc.

Ex quibus breviter adductis Sveticæ ac germanicæ lingg: convenientia, & quòd in fundamento una sint, satis dispalescit.

CAP. VIII. *De differentiâ Sveo-gothicæ & Germanicæ lingg.*

Cùm in ipsâ Germaniâ varias esse dialectos *Pomeranam, Saxonicam, Francicam, Bavaricam, Svevicam, Belgicam &c.* Nec minùs in Sveciâ *Smolandicam, Wermelandicam, Uplandicam, Dalicam &c.* esse certum sit, ut unus alterum, primo occursu, sine interprete vix intelligat, & quòd sæpè in diversis territorijs phrasis variet; Quid mirum *Germanicam & Svecicam* in multis differre? Sunt autem hæc inter potiora: 1. literam w ante consonam germani non aliter ac u pronunciant. Unde haud facilè rectâ enunciationê vocum

wred/ wrå/ wråkia/ &c. assequvuntur. lit: v germ: modò ut v/ sicut in vber vbel/ modò ut f in vocibus Vater voll viehe; cum Sueci sempe nativo valore efferant. y illis sonat ij ut pro skytt skijt/ lyda lýda/ &c. nobis autem semper sonum τοῦ Y servat. Literas å & ö recentiores germ: agnoscunt, å planè ignorant. E etiam post i reticent, in lieben schieben &c. 2. Ubi Svec: e/ ger: ei sæpè habent, ut reesa reisen/ bereda bereiten/ feet feis/ Etiam pro ij ei ut pro bijta beißen/ rijta reißen/ skrýffwa schreiben. pro b p ut Baneer panier/ pro p pf ut pant pfande/ pijpa pfeiffe/ plantera pflantzen. pro t d/ vel vice versâ ut, tumme daume/ drijffwa treiben/ duffwa taube/ duuk tuch tun dün/ trå drat. pro k ch ut skaffa schaffen/ skäppa scheffel/ book buch/ & pro u au/ ut buuk bauch/ susa sausen/ brusa brausen/ Item pro ö ut röffwa vel roofwa rauben/ vel ü/ ut pröfwa prüfen &c. 3. Articuli germanis frequentiores ad imitationem exoticorum: ut Suet: Herren medh sijn Frw och Diuret. Germ: Der Hert mit der Frawen vnd dem thiere. 4. Germani non modò præteritis verborum, ad imitationem græcorum, augmentum ge præfigunt

figunt; sed & interdum nominibus, ut Fadder gevatter/ maak gemach/ stierna gestirn/ lärd gelehrt &c. 5. Suecis auxiliaria verba sibi invicem etiam auxilio sunt, ut jagh haffwer warit/ ubi germ: non dicunt ich hab gewesen/ sed ich bin gewesen. 6. Indicat: passiv: Sueci sine periphrasi (germani non) habent, ut jag läses/ legor, ich werde gelesen. 7. In generibus, nom: etsi maximâ ex parte conveniant; ut quæ gen: sunt *Masc*: *Fœm*: vel *Neut*: Suec: itidem sint german: v. g. sool sonne/ utrobiq; fœm: måne mond/ masc: *etsi apud græcos, latinos & gallos &c econtra*: In nonnullis tamen differunt. Ita Suecis fœminina sunt, quæ germ: masc: Menniskia mensch/ stierna stern. E contra, bänk bank/ suec: M, germ: F. est. Sic Suec: Neut: sunt Äple apfel/ breeff brieff/ krijgh krieg/ torn thurm/ skep schiff/ bärg berg/ bedrägerij betrug/ pant pfandt/ wijn wein/ quæ germ: masc. sed häst pferdt/ è contra (germ: tamen etiam masc: est hengst) Ita Suecis Neut: sunt: bröst brust/ kyrsbär kirsche/ plomon pflaume/ pärun birn/ säär wunde/ Orgewärk orgel/ quæ germ: fœm. Rursum suec: fœm: est, skäppa scheffel/ germ: masc. Et vice versâ, siö masc:

see

ſæ fœm: eſt. Suec: F: book buch/ ſkiorta hembd Germ: Neutra ſunt. ubi obiter nota divitias ling: noſtræ; alitèr enim induſium viri, ſkiorta/ alitèr fœminæ ſärk vocatur. Sed germani communitèr hembd/ Fenni paita dicunt. Nec ipſi latini diſtincta hic vocabula habent. Et dies naturalis, Tag vnd Nacht/ unicâ voce Dygn nobis vocatur. Et ſic in alijs. Unde etiam nobilitas lingvæ emicat; cum propriiſſima vocabula habeat. Plura ex Gram: mat. *Hæc copioſiora & majoris momenti eſſe oſtendunt in quibus conveniunt, quàm in quibus differunt.*

CAP. IX. *De Fennicâ Lingg.*

FENnica lingva quondam etiam latiſſimè patuit, ſcilicet inter Viſtulam & mare album; ſinum Bothnicum vel potiùs ipſum oceanum ſeptentrionalem & Tanaim. Hodiè in Tavvaſtiâ puriſſima retineri putatur; maritimi enim Suecica im̄iſcent. *Carelij* leviter ſaltem in quibuſdam phraſibus differunt. *Æſthÿ* autem dialecto ſuâ paulò longiùs diſtant. *Fennicam verò lingvam peculiarem & originalem eſſe patet:* Cum à nullâ aliâ

exactè

exactè derivari queat. Etiamsi enim quædam vocabula Græcam aut Hebræam, aut alius lingvæ originem sapere videantur; longe plura tamen sunt quæ aliunde deduci nequeunt. Propriam etiam habent flexionem in declinando & conjugando, cum nullâ aliâ originali congruentem. Imò & pronunciatione in tantum ab alijs distat, ut qui aliam quàm Fennicam â teneris non didicit lingvam, neq; in adultâ ætate peregrinam ritè enunciare unquam facile addiscet. In tantum hæc ab alijs differt.

Rarissima hic sunt, ne dicam nulla, â duplici consonâ incipientia; unde pro skuld kuld/ spåra påra/ skrijffwa rijffwa/ efferunt idiotæ. Et quod magis mirandum: exotica etiam quædam prolaturi, consonam intempestivè præfigunt; ut pro Båra spåra/ Grund skrund/ tolff stolff &c.

Omnes Fennorum nominativi ferè in vocalem exeunt; excipe Mies/ vir, ihminen wireys/ Tuningas/ Morsian/ Mailmalinen/ & alia noñulla; unde pro Peter seu Peder/ Petari Paul Pawali/ glaas clasi/ vgn vgni/ germ: meer meri/ talrik talricki/ disk tiski dicunt.

F rarissimè habent: nam Fangi/ försti/ frij-

frij/ex Suecico sunt. Idem de literâ B. ut Bälstari borgari etiã Suetica sunt. Ita D. draki duomio/ Duomari/ ex Svecis mutuata videntur.. Reperitur tamen in antiquis Historiis Rex Suec: Valander uxorem ex Fenningiâ duxisse, nomine Driwa. ut habet vetus Chronic. Sveciæ. Nec lit: G in principio dictionum purè fennicarum reperitur.. &c.

CAP. X. *De Convenientiâ ling: Fennica ac Æsthnica in specie.*

I.

LIngva Fennica & Æsthnica easdem ferè habent literas, eandemq; cum Suecis & Germanis scripturam, ut A b c d e f ff g h i k l m n o p q r s s t u w x y z å ö. Quamvis plures in Æsthnica ling: recenseat *Sthalius* quæ ex prioribus conflantur, ut Diphtongi triphtong: ö.i. Q lit: neutra habet. Quod suppletur per cu vel ku. An verò proprias olim literas habuerint non facile dixerim, cum nulla hic in Fenningiâ monumenta extent.

2. Prima semper syllaba in utraq; lingg: accentu attollitur, cæteris depressis.

3. Vocabula ferè eadem sunt, quamvis nonnihil variata ut fen: Jumala Æst: jummal/

isä

isä issä / Hengi hing anima; meri mirre / miecka mödheck / kengä kingk / Candel kandel / kowa kowwa / pää peh / nackf kanachk / autan awwitan / usko usch / kirwes kirwis / silmä silm / leipa leib / jano janon &c.

4. In nominibus utrobiq; distinctio generum nulla: Adduntur tamen interdum particulæ yx unus & sehic, hæc vel hoc, quæ Æsthonibus frequentiores sunt.

5. *Numeri & casus* hic totidem quot etiam in cæteris lingvis.

Declinationes, *etsi pro numero vocalium, ultimam consonantem genitivi proximè præcedentium, variari poßint; finalis tn. consona semper eadem retinetur, vocali nominativi vel retentâ vel variatâ: Quod exempl. clarum erit. ut.* DEus;

S.	N	Jumala	Yx JUmmal
	G	jumalan	ühest jummalast
	D	jumalalle	ühel jummalall
	Ac.	jumalan / laa /	ühe jummala
	V	O jumala	O yx jummal
	Abl:	jumalalda / asta jumalasa / alda.	ühest jummalast jummalale
Pl:	N	JUmalat lia	Üha JUmmalat

G. jumal[illegible]

	Finnish	Estonian
G	jumalden (itten)	öhede jummalade
D	jumalille	öhelle jummalalle
Ac.	jumalat (lia)	öhet jummalat
V	O jumalat	O öhet jummalat
Abl:	jumalilda/ ista/ isa/ illa.	öhest jummalast & jummalald

Aliud Exemplum.. *Homo*

		Finnish	Estonian
Sing:	N	Ihminen	Yx (se) Innimenne
	G	ihmisen	sest innimessest
	D	ihmiselle	sel innimessel
	Ac.	ihmisen/ istä	se innimesse
	V	O ihminen	O se innimenne
	Abl:	ihmiseldä/ estä/ esä/ ellä/	sest innimessest & selt innimesselt
Plur:	N	ihmiset/ istä/	neet innimeßet
	G	ihmisten	nende innimeßede
	D	ihmisille	neille innimeßelle
	Ac.	ihmiset/ stä/	neet innimeßet
	V	O ihmiset	O neet innimeßet
	Abl:	ihmisildä/ istä isä/ illä.	neist innimessest neilt innimesselt.

Sic quoq; Adjectivum cum substantivo pariter declinantur: Ut

		Finnish	Estonian
Sing:	N	Armas Mies	Armas Mees
	G	arman miehen	armast meehest

D ar-

	Fen.	Æsth.
D	Armalle miehelle	Armal meehel
Ac.	Arman miehen (armast miestå)	arma meehe
V	O armas mies	O armas mees
Abl:	armalda miehelda/ asta estå/ asa esä & armalla miehellå/	armalt meehelt & armast meehest
Plur: N	Armat miehet	armat meehet
G	armasten miesten	armade meehede
D	armaille miehille	armalle meehelle
Ac.	armat miehet (armaita miehiå)	armat meehet
V	armat miehet	O armat meehet
Ab.	armailda miehildå/ ista istå/ isa iså/ illa illå.	armast meehest/ armalt meehelt

Nec Comparatio dispar, ubi comparativus Fen: in mbi/ Æsth: mb; superlativus exit in in vel addita voce Caickein Æsthin: keicke/ ut Fen: Hywå/ parambi/ parhain & caickein paras/ Æsth: heh/ parramb/ keike parramb. Fen: Suuri/ suurembi/ caickein suurin. Æst: suhr/ suhremb/ keicke suhremb. Fen. Piscuinen/ piscuisembi/ caickein piscuisin. Æsth. Pißokenne/ wehhemb/ keicke wehhemb. F. Walkia/ walkiambi/ caickein walkein. Æst: walgk/ walgkemb/ keicke walgkemb.

Pronomina quoq; ferè coincidunt.

		Finnish	Estonian
S.	N	Minä/ Sinä/ hän/	Minna/ sinna händ/
	G	minun sinun hänen/	mynust synust händessest
	D	minulle sinulle hänelle/	mynul synul händessel
	Ac.	minun sinun hänen/	mynd synd händ/
	V	Sinä/ (minua sinua händ)	O minna sinna
	Abl:	minulda/ sta/ sa/ la/	mynnust/ ult/
		sinulda/ sta/ sa/ la/	synnust/ ult/
		häneldä/ stä/ sä/ lä/	hännessest/ seld/
Pl.	N	Me/ Te/ he/	Meye/ teye/ händ/
	G	meidän teidän heidän	meide teide händessest
	D	meille teille heille/	meile/ teile/ händeßel
	Ac.	me (meitä) teitä heitä/	meit/ teit händ/
	V	me te/	O metze teize/
	Abl:	meildä teildä heildä/	meist teist/
		(meistä teistä heistä/	(meilt teilt)
		meisä teisä heisä/	
		meillä teillä heillä/)	

Sic Fenn: Tämä/ hic, hæc, Æsthn: Temma/ nämät/ nemat/ neede/ neet hi, hæ, hæc, F. Cuka/ kengä/ Æ: kes & kewer/ quis, quæ, quod? æ. idze ißi/ ipse; Kumbi kumb/ uter, utra, utrum.

9. Verba etiã ijsdem modis, temporibus & flexione, quodammodo conjugantur.

Im-

Imperativus modus unum ſaltem tempus utrobiq́ agnoſcit. Et hîc quoq́ verba auxiliaria inter conjugandum adhibentur. quæ ſunt; Indic. Præſenti.

	Sing:	Minä Olen	Sum	Minna ollen
		ſinä olet	tu es	ſinna ollet
		hän on	ille eſt	temma on/ollet
	Plur:	me olemme	ſumus	meiſe ollemme/
		te olette	eſtis	teiſe olletet
		He owat	ſunt	nemmat ommas
Imperfectum	S.	Minä olin	eram	minna ollin
		ſinä olit	eras	ſinna ollit
		hän oli	erat	temma olli
	P.	me olimme	eramus	meiſe ollime
		te olitte	eratis	teiſe ollite
		he olit	erant	nemmat ollit
Perfectum	S.	M. olen ollut	fui	m. ollen olnut
		S. olet ollut	fuiſti	S. ollet olnut
		H. on ollut	fuit	Temã on olnut
	Pl:	me olem ollet	fuimus	m. olleme olnut
		te olet ollet	fuiſtis	t. ollete olnut
		he owat ollet	fuerunt	n. ommat olnut
Plusq:	S.	m. olin } ollut	fueram	m. ollin } olnut
		ſinä olit } ollut	fueras	ſ. ollit } olnut
		hän oli } ollut	fueras	temã olli } olnut

Pl. me olim		fueramus	meſſe ollim	
te olit	ollut	fueratis	teſſe ollitte	olnut
he olit		fuerant	nemat ollit	

Futur: à præſenti, quoad terminationem, apud fenn: non diſtingvitur; ſed particula Táſtádes ſaltèm præfigitur.

Imperativ:				
S.	Ole/ oles		ſis	Olle
	olcon hän		ſit	olcko (olckut)
P.	Olcam me		ſimus	olckam
	olcat te		ſitis	olckat
	olcat he		ſint	olckat olckut.

Optativus formatur fenn: additâ particulâ Joſca; Æſth: Eth/ ut præt: Joſca minna olliſin/ Eth minna ollexin &c. Conjunct: præfixo, fen. Coſca vel jos/ æſth: kus. Infinitiv: præſ: F: Olla/ æſth: Olla & ollemma. Præt: pluſq: F. Ollut/ æſt: ollnut. Particip: præſ: fenn: Ollen/ æſthn: olleio/ ollewa & ollemas. Habent etiam Æſthij Verbum auxiliare minna ſahn/ fio. Quod fennis eſt accipio, minä ſaahn.

10. Sic quoq; verba realia in conjugationibus multi formitèr conveniunt, ut *AMO*, Fenn: Racaſtan/ æſthn: Armaſtan/ minä/ ſinä/ hän.

Indicativus Præsens.

	Sing:	Racaſtan	Minna Armaſtan
		racaſtat	ſinna armaſtat
		racaſta	temma armaſtap
	Plur:	Racaſtamme	meſſe armaſtame
		racaſtatte	teſſe armaſtatte
		racaſtawat	nemat armaſtavat
Præter: Perfect:	S.	Racaſtin	minna Armaſtaſin
		racaſtit	ſinna armaſtaſit
		racaſti	temma armaſtas vel armaſtis
	Pl	racaſtimme	meſſe armaſtaſime
		racaſtitte	teſſe armaſtaſitte
		racaſtit	nemat armaſtaſit
Præt: Plusq.	S.	minä olen racaſtanut	M. ollen armaſtanut
		ſ. olet racaſtanut	ſ. ollet armaſtanut
		h. on racaſtanut	tem. on armaſtanut
	Pl.	me olem racaſtanet	m. olleme armaſtanut
		te olette racaſtanet	te. ollette armaſtanut
		he owat racaſtanet	nē omat armaſtanut
Futurum.	S.	m. tåſtedes racaſtan	m. ſahn armaſtama
		ſ. tåſtedes racaſtat	ſ. ſaht armaſtama
		h. tåſtedes racaſta	t. ſaph armaſtama
	P.	m. tåſtedes racaſtame	m. ſahme armaſtama
		te tåſtedes racaſtatte	teſſ. ſahte armaſtama
		he tåſtedes racaſtawat	n. ſahwat armaſtama

Imperativus.

S. Racaſta ſinä — armaſta
racaſtacan hän — armaſtaco & akut
Pl. racaſtacamme — armaſtakem
racaſtacotte — armaſtaket
racaſtacan he — armaſtakat/ armaſtakut & ſtako.

Optativus.

S. Joſca m. racaſtaiſin — Eth m. armaſtaxin
joſca ſinä racaſtaiſit — eth ſ. armaſtaxi
joſca hän racaſtaiſi — eth t. armaſtax
Pl. joſca me racaſtaiſimme — eth m. armaſtaximme
joſca te racaſtaiſitte — eth t. armaſtaxitte
joſca he racaſtaiſit — eth nem. armaſtaxit

Infinitivus racaſta (maan) — armaſtama
Præter: plusq: racaſtanut — armaſtanut olla
Participia præſ. racaſtawainē (racaſtaden) — armaſtaia/armaſtawa/armaſtamas
Futurum. racaſtawa — te ſ.hp armaſtama

Indicativus Paſſivus.

Sing: Minä Racaſtetan — M. ſahn Armaſtut
ſinä racaſtetan — ſ. ſaht armaſtut
hän racaſtetan — t. ſahp armaſtut
Plur: me racaſtetan — me ſahme armaſtut
te racaſtetan — t. ſahte armaſtut
he racaſtetan — n. ſahwat armaſtut

Præ-

Prætor: perfectum	S.	Minå Racaſtettin	M. ſain armaſtut
		ſinå racoſtettin	ſ. ſait armaſtut
		hån racaſtettin	t. ſai armaſtut
	Pl.	me racaſtettin	m. ſaime armaſtut
		te racaſtettin	t. ſaite armaſtut
		he racaſtettin	N. ſait armaſtut
Preterit: plusq.	S.	M. olin racaſtettu	M. ollin armaſtut
		ſinå olit racaſtettu	ſ. ollit armaſtut
		hån oli racaſtettu	tem̃a olli armaſtut
	Pl:	me olime racaſtetut	me: ollime armaſtut
		te olitte racaſtetut	t. ollite armaſtut
		he olit racaſtetut	n. ollit armaſtut
Imperativus	S.	Racaſtettacan ſinå	Sah ſiña armaſtut
		racaſtettacan hån	ſahko tem̃a armaſtut
	Pl.	racaſtettacan me	ſahkem m. armaſtut
		racaſtettacan te	ſahket teiſe armaſtut
		racaſtettacan he	ſahkat nem. armaſtut
Opeativus	S.	Joſca m. racaſtettaiſin	et m. ſahrin armaſtut
		joſca ſin. racaſtettaiſin	eth ſ ſahrit armaſtut
		joſca h. racaſtettaiſin	eth t. ſahx armaſtut
	Pl:	joſca me racaſtettaiſin	eth m. ſahx. armaſtut
		joſca te racaſtettaiſin	eth t. ſahritt. armaſtut
		joſca he racaſtettaiſin	eth n. ſahrit armaſtut

Infinit: Racastetta amari	Armastut sahma
Participia racastettu amat.	armastut
racastettapa vel racastettawa amand.	Ke sahp armastut sahma.

Plura ex Instit: ling: Fenn: D. D. Æschilli Petræi: Et Introduct: lingg: Æsth: M. Henrici Sthalii petantur:

11. In *Adverbijs* quoq; ferè conveniunt, ut; Cusa kuß / ubi, liki ligki propè, siinä sielä / sihn sehl / ibi, sijt sieldä / siht sehlt / inde, tänne tenna / huc, sinne senna / eò, nyt nuhdt / nunc, tänäpänä tennapehn / hodiè, eilain eile / heri, hilian hilia / serò, ehtona öchtul / vesperi, warhain warra / manè, yxikerta yxkord / semel, wißist todest / wißist töddest / verè plane &c.

12. Nec minus in conjunctionibus; ut, Ehkä ehk / etsi, cuin kudt / ut, canß kahß / quoq;, nin / ni / tàm, nin hywin / cuin / ni hehste / kut / tàm benè quàm, senpäälle semperrast seperrast / ut.

13. Item quoad præpositiones; quæ in utrâq; hâc lingvâ *Postpositiones potiùs dicendæ; qvùm frequentiùs nominibus postponantur.* (præpositionem *ab* non habent; sed ejus loco ablativo utuntur) suntq; hæ præcipuæ: juurē jure ad, juureß jures apud, eteen ette / ante, edes eddes ehs coram, edest pro, wastan wasto adver-

versus, waihella hel vel wälillä wahel inter, alla alla/ infra, cautta (läpi) lebbi per, peräst perrast/ post, taca tagka / â tergo, ilman ilma sine &c,

14. In numeris quoq; conveniunt; ut Yx yx unum, caxi kax duo, colme kolme tria, nelja nelli 4. wyßi wihs 5. cuusi kuhs 6. seidzemän seitze 7. cahdexan kahdexa 8. yhdexän ydixa 9. kymmenen kymme 10. yxitoistkymmendä yxitoistakymme 11. &c. Caxikymmendä kaxkymme 20. Colmekymmend kolmekymme 30. &c. Sata 100. Tuhatt tohat 1000. Wijsi tuhatta wihstohat 5000. Sata tuhat saddetohat 100000. &c.

CAP. XI. *De Livonicâ ac Letticâ Lingg.*

UT autem Æsthnica dialectus à Fennicâ non parùm differt, ita vicissim ab illâ *Livonica* (Quæ in Livoniâ strictissimè dictâ vulgò est usitata) nonnihil recedit. *Quo idiomate Prutenos gentiles usos etiam fuisse testis est Alexan: Gagnin: in Prussiæ descriptione.* Eadem tamen est in fundamento cum fennicâ lingvâ. Sed *Lettica*, quæ etiam Curetum est, ab omnibus alijs diversa depræhenditur: Ex singulis tamen aliquid mutuata. Undè & *Farrago variarum*

riarum lingg: dici solet ac potest. Hic enim Dieus *DEus est*, Kungz *Rex vel Dominus*, Gaspis *Domina*, dien *dies*; rijt *mane*, wacker *vesper*, Seimenez *rusticus & Paterfamilias*, sewa *rustica*, meit *puella*, Vier *vir*, Mais *panis*, patoof *villum* Ols *cerevisia*, seli *via*, naut *pecunia*, korsu *caupona*, liela *magnus*, *Hinc* Liela Kungz *Magnus Dominus, Rex*, liela gaspis *magna Domina*, laba *bonus* *ut* laba rijt *bonum mane*, laba dien *bonus dies*, laba wacker *vel contractè*, la wacker *bonus vesper*, pecus *piger*, Es grib gulat/ *ego dormiturio*, Tu ihr pecus/ *tu es piger*, Dot mon mais par naut/ *Da mihi panem pro pecunia*, Dot mon ols/ *da mihi cerevisiam &c.* Dot mon Zeret/ *da mihi bibere*, ihr Kungs moja? *est Dominus domi?* Kreuzer rwk *sinistra manus*, laba rwk *dextra manus*, &c. ubi latina vocabula, Svetica, Fennica, Gallica &c. agnoscere est.

CAP. XII. *De Lappicâ seu Lapponicâ lingg:*

UT gens Lappica ex Fenningiâ orta videtur, (ubi quædam Parochia Lappo dicitur) ita lingva etiam congruit; quamvis nonnulla itidem Suetica admixta sint vocabula. Prout ex

ut ex libro Abcdario, Lappicè excuso patet. E. g. ORATIO DOMINICA. Ackie mijan jocko le almen. Passen hiedta tuun Namma. Ouåsskepååte tuun Rijke. Hiedta tuun willio/ naukockte almen/naw ai ådnemien altne. Mijan påiwepåiwen Laipem watte mijn vdnin. Ja låite mijn mijan suttuåid audagastin naukochte ai mija låitin mijan welgolagiaisan. Ja åle mijam laidi tocko kiåggielabmia/ mutto wall wariele mijam pahast/ Amen.

Ubi Svetica sunt, tuun tin/ namma nampn/ Rijke/ willio/ låite (svet: förlåt) låitin (förlåtum) laidi (leed.) Fennica plura: Mijan (meidån) jocko joca/ påiwwepåiwen leipåm/ i.e. jocapåiwåenen låipen. Ja åle fenn: item sunt: mutto (mutta) wariele mijam pahast; F. wariele meitå pahast ecct.

Sic quoq; in Symb. Apost. JUbmelen/ F. JUmalan/ skapui/ svet: skapare/ fennicam etiam terminationem in proprijs Lapponica servat. ut, JEsusin CHRistusin/ Pontiusan Pilatusan &c. Parnan/ filium à svet: Barn aflanum svet: aflader. Wåltne/ vel à svec: wåld vel fenn: walda. Råssinaulitun/ fenn: ristinaulitun/ crucifixus. kålmad påiwen/ Fenn: colmandena påiwånå &c. Non pauca tamen quoq; reperiuntur vocabula quæ ex alijs linguis deduci nequeunt. In Catechesi etiam

tiam ab Umensi Pastore, in scholæ ejusdem loci usum, Anno 1637. luci datâ, paritèr multa colligere licet: Svet: mensk/ Predickstuwa/ ordnugg/ salogheten/ Döpelsijs &c. Fenn: murrehen/ laick/ kustelie/ lucki/ waste/ monnai/ therpes/ julle/ luckiowåt/ taiwa/ toiwothi/ pergelen: & sic consequenter. Quæ harum lingvarum peritis eruenda potiùs relinquo, Ne mihi, quod *Pontano*, viro eruditissimo in descript. Dan. p. 705. contingat. Is enim in orat: Dom: fenn: non modò leipa à ger: leib vel lieb/ aut Goth: hlaiff deducit; sed & welgolistem à wollgelüsten. Quod fenn: ling: gnaris risum movet. Cum à welca i.e. *debitum* descendere manifestum sit. Et in eâdem precatione legitur; Anna meidån welcamme anderi/ i.e. da nostris debitis veniam. Tàm arduum est, imò periculosum, de ignotis ferre judicium.

CAP. XIII. *De Ruthenicâ lingvâ.*

EST & in Kexholmensi ditione, Moscoviæq; confinijs, *lingva Ruthenica* usitata; quæ à *Polonicâ* dialecto, paulò longiùs quàm *Bohemica*, recedit. Difficultatem auget scripturæ

pturæ diversitas: Hæ enim romanis utuntur literis; illa peculiares habet, cum græcis magis convenientes; quarum isthæc nomina sunt. Aas i.e, A quod cum Ʌ runica picturâ congruit, nisi quod duas lineolas, pro unâ ad sinistram protendat, sic Ʌ scriptum. Buki/ b h: m: Б scribitur. Wiedi w scriptura parum à literâ B differt. Glagol g/ ut r pingitur. Dobro d ut Δ productis sursum ac deorsum, ab angulis, lineolis; sic Д. Jest/ je vel e, sic Є notatur. Szywiet ß (s spumosum) Ж. Selo S ferè ut S sveticum, valdè incurvatum. Semlia z prorsus ut Ȝ vel ȝ pingitur. Jse i ab H saltem differt, quòd transversa combinans lineola, laterales in angulis magis acutis attingat sic И. ij valet ij/ & est I duobus collateralitèr suprapositis punctualis, ita ї. Kako/k planè ut K. Liudi L Л est. Muisslet m M crura inferiùs dilatat. Nasc N N ubi lineola connectens summum aut imum non attinget, sed contrario modo, ac in lit: Jse ducitur. On O vel å ut O scribitur; non tamen rotundum, sed ovali figurâ. Pokoi P est п perpendicularibus minus distantibus, Erzui R à

græc:

græc: ρ ſcripturâ haud multùm differt. Slo- wo ſ vel ς ut C, propiùs tamen coëuntibus extremitatibus, & oſtium comprimentibus; vel ut c ſvet. Twerdo t ut T vel m. Jk n/ ut ℊ lineâ dextrorſum altiùs productâ. U eſt u/ ferè ut γ græc: vel ογ. Fert f ut φ græc. Chier ch ut X. Ot/ id eſt ot/ fermè ut ῶ, ſic ῶ. O o eâdem picturâ, abſq; circumflexo. Tzui/ tz ut U productâ ſubtùs, ad dextram, line- olâ. ſic Ц. Tzerw/ tz Ч græc: γ non multum diſſimile, vel Ч. Sca ſc/ m transverſum in- fernè cohærens ſic ш. Scha ſch eadem pi- cturâ, productâ intermediâ deorſum lineâ, ut trifurcam repræſentet, ſic Щ. Jor propri- um habet lingvæ ſonum, & ſcripturam fer- mè ut Z, niſi quod promuſcidem demittat, caudamq; in dorſum, per angulos rectos, re- flectat, ſic Ъ. Jerui ui/ ut hI. Jer ſic h ſcri- bitur. Jat Je/ ſimiliter, tranſeunte ſuper- ne lineâ & roſtro antrorſum propendente, ſic Ѣ. Je e ut Є transverſum ſic Э. Ju ſu I & O per lineolam maccaph cohærens ſic Ю. Jus ſu triangulus eſt propendentibus de- cuſſatim & in medio tribus lineolis, Ѫ. Ja ſa partim ad H partim ad A, ſcripturâ irre-

gula-

gulari, accedit; sic Ꙟ. Ksi ks ferè ut Ʒ coronatum caudam tortuosè crispans, h.m. Ѯ. Psi ps græc: Ψ est; sic Ѱ. Phita ph bilancem repræsentat, Ѳ. Ypsiza y υ græc: est duabus lineolis, à sinistrâ dextrorsum, supranotatum sic Ѷ. Istæ sunt literæ Ruthenicæ lingvæ: Cujus uberiorem declarationem suis etiam cultoribus relinquo.

CAP. XIV. Et Ultimum.

Libri hujus conclusionem continens;

Ubi aliqua etiam de Syntaxi & Poësi.

ATq; hæc brevissimè de literis & lingvis sub Coronâ Sveo-gothicâ, olim & nunc, apud vulgus etiam usitatis*. Docti n. in Scholis, Gymnasijs & Academijs, *Hebræam* quoq; cum cæteris orientalibus, egregiè excolunt; *Græcam ac Latinam* exactissimè callent. *Gallicus* verò & *Italicus* sermo, nec non & passim *Hispanicus* in regiâ & magnatum aulis sonant. In urbibus non rarò etiam *Scotica, Anglica*, aliæq; dialectus exoticæ audiuntur: *Germanica* tantùm non vernacula est.

* Audivi etiam inter plebeios quandam materni idiomatis detorsionem, aut insertis quibusdam syllabis, aut usitatis transpositis; aut literis inverso ordine positis ut, Nåw prewått/ Go-

gs

pro dag/ Aiggil pro liggia &c. Quam vel ioci & lusus gratiâ adhibent, vel ne ab aliis, hisce non assvetis, facilè intelligantur. Talis hîc in Fenningiâ est Rengonkieli; Ubi in dissyllabis posterior syllaba in priorem locum transponitur; In trisyllabis media primo loco, tertia secundò, prima ultimo effertur. In polisyllabis modò penultima, modò antepen: primum locum occupat; & sic consequenter. Ut, pro Puhu minun cansani/ id est, loquere mecum, Reng: Zupu nunmi sanica. Pro Waldacundas/ Reng: dawaldascun/quæ tantâ celeritate efferunt, ut â nemine nisi hîc exercitatissimo intelligi queant, utcunq; fennicæ lingvæ gnaro. Sed hæc λεπτολογία tãtum est, nec peculiaris ling: nomẽ meretur.

Syntaxis Sveo-gothica & Germanica, non secus ac Orthographia & Etymologia, maximâ ex parte convenit; à latinâ non multùm recedens. In Poësi rythmus ferè hactenꝰ, non habitâ ratione quantitatis, qualiter & in Hebræâ l. fuit usitatus. Fenni præter rythmum & lamdaismum, ubi eædem initiales lit: continuantur, ut, Pojat parat pauhakam;
Neitzet nuoret ilotcam;
Wanhat wahwast weisatcam;
neq; ullum carmen agnoscunt. In quibus omnibus una antiquitùs melodia fuit. Dicebantur & olim Runoi/ ad imitationem *Runarum* Sveo-Gothicarum.

T*Ot, tàm diversis linguis hæc* Regna *loqvuntur,*
Utilia his homini, grataq́ sonantq́ DEO.

LIB. IV.

LIBER IV.
DE
Genio & Moribus Populi Sueo-Gothici & Fennici &c.

CAPUT I.
De Exoticorum Testimoniis.

PAuca exteri de nostratium moribus prodidere; nec tamen omnia satis æqua: Illius causa fuit ignorãtia; Hujus livor, *teste Ioh: Ludov. Gothofr. Archont. Cosm. de moribus antiquis Suec: & Gothorum*; hisce verbis: Leges eorum docent, satis eos civiles & Politicos fuisse; Et si quid contrarium huic laudi à cæteris perscriptum fuit, id potiùs amore suarum consuetudinum, & odio victorum dominorumq; ab iis factum fuisse, qui non alitèr clades suas quàm victricis gentis vituperiis ulcisci potuerunt. Militiæ gloriam prisca & moderna experientia satis asserit. Unde Poëtis olim *Mars Gothicus* dictus. Et idem *Gothofr.* cit. l. sic infit. *Celebratissimæ illæ in historijs nationes Gothorum, quæ è Sueciâ viciniśq; regionibus magno numero egressæ diversis se orbis partibus infuderunt, satis ostendunt quodnam fuerit illarum gentium, quæ ingentem*

illam peninsulam Scandinaviam veteribus dictam incoluere. Ingenium, robur & bello virtus. Gothi n. inquit, vel soli docuere non posse se torpe ocio & inertiâ, cùm instar numerosissimorum examinũ desertâ patriâ, non cæteras duntaxat Europæ partes, sed ipsam Italiam, reginam gentium invaserunt, obtinuerunt, & longo tempore ibi dominati fuerunt. Crudeles eos fuisse fatendum est; (Quis miles nisi fuso cruore?) Non tamen adeò barbaros, ut vulgo creduntur, quod apparet ex ratione & modo, quem observârunt in occupandis provincijs, uti & ex cæteris eorum fa[c]tis; inprimis ex Epistolâ *Sidonij Apollinaris*, ubi describit gesta & mores *Theodorici Regis*. *Saxo* etiam non uno saltèm loco bellicas Sueogothorum laudes inculcat. de quibus alibi. Nec non *Adamus Bremensis*. *Ioh. Bot. in Orb: Amph.* sic ait; *Sunt Sueci moribus simplices, sinceriá, ambitione non flagrant, nec stimulantur ab avaritiá.* Alphon: chartag: de Goth: citante *Paulin:* scribit: Sunt naturaliter magnanimi & audaces, ingenio faciles & subtiles, in proposito providi & constantes gestu & habitu approbandi, viribus præpollentes, statu ardui & proceri, duri vulneris & manu prompti, corpore validi, membris apti, dispositione compositi. Quibus concinuit *Lucanus.*

Contemnunt mortem laudato vulnere Gotthi.
Sic *Hadr: jun:* illud *Hesiodi* Dalekarlorum genti applicuit:

Prælia quæ pluris ducit quàm fercula mensæ;

Quibus ludus est nuda capita gladiorum ictibus exponere: quòd omnia habeant spississima durissimaq; &c. Nec *fortitudinis, tolerantiæ, animositatis & ingenij* solùm: quin etiam *humanitatis, temperantiæ, hospitalitatis & fidei* testimonia vel apud exteros occurrunt; præcipuè *M. Adam: Brem.* Uxorum tamen pluralitas, de quâ dicit, jam planè incognita. Alterius verò conjugem cognoscere, aut virginem vi comprimere adhuc capitale est. Högm: B. L. L. 5. *Cap.* St. L. 3. & Edzör B. 12. *c.* L. l. St. L. 11. *&c.* *Pariter & alterum spoliare.* Edzör: L. l. *c.* 40. & St. l. 23. Nec minus verè *Honorius ac Gothofr.* Valida & robusta corpora, ingenia ad quasvis artes, scientias & lingvas capessendas idonea deprædicant. De habitatione sub eodem tecto cum gregibus, undiquaq; verum non est: Nisi quòd in Smolandiâ, ubi pecuariæ maximè studetur, vulgus porcellos & vitulos, ut meliùs curentur & crescant, in hypocaustis

ſubinde alat. Priſcam ſimplicitatem non parùm remiſiſſe, ut idem ait, nec eam nunc credulitatẽ, aut profuſam hoſpitalitatem, ſine refuſo precio, quæ olim magno ſæpè damno fuere, ampliùs vigere non diffitendum. Nulli latrones & graſſatores (aut certè rariſſimi.) Balnea frequentia, utriq; ſexui communia. Mulieres modeſtæ, intelligentes, ſagaces & abſtinentiſſimæ. Panis ex tritico, ſiligine, aut etiam hordeo; ex quo uſitatiùs cereviſia coquitur. Nec pauperrimos in magnâ annonæ caritate corticibus, in farinam redactis, aut radicibus, victitaſſe pœnitet. *Cùm panis iſte ſtomachum roboret; robuſtosq; & validos efficiat.* Carnibus ut abundant, ita magnam partem ſale condiunt & fumo macerant. Vitulinâ Sueci rarò, Fenni minimè veſcuntur. Piſcibus itidem tàm recentibus quàm ſalitis atq; induratis utuntur. Lappi frigoris duritiâ hyeme, ut Fenni aliiq; ☉lis calore, vere & æſtate, abſq; ſale exſiccant. Butyrum caſeumq; eo dignantur honore, ut hinc finiant, inde cœnam & auſpicentur (non è contra, ut ille ait,) & finiant, adeoq; ſubinde continuent. Piſorum etiam, fabarum & braſſi-

brassicæ usus frequentissimus; nec minùs raparum in Fenningiâ. Amictus plebejorum simplex, vestitui rusticorum in Lombardiâ (quæ gens hinc orta) non valdè dissimilis. Prælonga Fœminarũ pallia nigra, densissimis plicis corrugata: (Nunc plane in desuetudinem abierunt. Omnia repetere brevitas hic vetat.) Rustici arma gestant clavam aut securim; Nobiles eorumq; servi atrienses (item milites) gladios & tormenta minora. *Domus* eorum (exceptis templis ædibusq; sacris, quæ sunt è lapide) ferè è lignis constructæ sunt, aliquantò tamen meliores & fabricâ durabiliore quàm polonorum campestrium mapalia. *Invenies tamen etiam oppida, quorum domus pleraq; sunt è lapide structæ.* Stubarum (Suet: Stuffwor vel Stuger) seu hypocaustorum in his usus non est tàm frequens, quàm caminorum; quorum est ea ratio, ut combustis & in candentes carbones redactis lignis, adductâ laminâ ferreâ ab summo orificium occludi possit, iterumq; cum lubitum, aperiri. Hæc breviter ex Honorio & Gothofr: excerpta. De ingenio Suecorum, hæc P. Bertius Com: rer: germ: l. 2. c. 16. habet. *Natio omnis sagax, industria,*

 artium

artium discendarum avida, exercendarum gnara, sobria etiam & attenta: quo fit ut ad centesimum trigesimum aut quadragesimum annum vitam quidam prorogent. Concludit *Thomas Lansius Consult: de principatu inter provincias Europæ,* his verbis: *Magnifacio Suecos, quia candidi & recti amantes.* Claudam & ego hoc Caput elogio C. *Erasmi Mich: Læti, in rerum Danicarum libro 2, p. 57.* ubi de moribus & ingenio Gothorum sic habet.

Interea si quid reliqui est virtutis & usus
Antiqui solis velut insita munera Gothis
Esse superrideas. Non se versutia, non se
Luxus & inviso conspersa licentia fuco
Venditat, est genti, ceu notum est omnibus æqua
Simplicitas morum: studium benè velle mereri
Et nihil effræni miscere paterna tumultu,
Vestibus à primis manet una parentibus orta
Integritas, rectumq; colit priscisq; quiescit
Moribus & Regum quæ sunt mandata veretur.
Gens sanè ad dandum promptissima, cuius abuti
Interdum videas aliosq; aliosq; benignâ
Prælargâq; manu: claris dum damna malumq;
Pro meritis præstant, odiumq; in præmia reddunt &c.

CAP. II. *Collationem exhibens morum Sueo-Goth: & antiquorum Germanorum.*

Ex Tacito lib: de morib: &c:

Sue-

SUecos & Gothos Germanosq; ejusdem esse originis & unam â primordio gentem, ex superioribus de orig: & ling: colligitur. Quòd & mores ijdem confirmant, qui in ipsâ radice diutiùs & adhuc hærent: Quippe quod *Tacit: de Germ: Carmina antiqua unum esse memoriæ & annalium genus*, ait; idem de Sueo-gothis verum olim fuisse sup: l. 2. c. 2. memini; & Joh. M. c. 7. præf: hist: Goth: confirmat. Quem morem ad proxima his secula continuasse testis est Ol. M. l. 1. c. 36. & lib: 11, c, 1, ubi atrocissima bella, ad pontem Rotebro/ non procul à regiâ Holmensi gesta, Rythmis in convivijs cantari solita, commemorat. Nec nostrâ etiam ætate mos ille inauditus. *Quidam a, licentiâ vetustatis plures deo ortos*; Scilicet ex Thorone (Thor) Magogi primogenito, Deorum maximo, Othino, Oden/ Friggâ &c. Joh: M. l, 1. c, 9. *Pluresq. gentis appellationes*; Sueonum seu Suecorum, Gothorum, Vandalorum, Vinilorum, Gepidarum, Longobardorū, (vid: Joh: M. præf: c, 7, & l, 1. c, 23.) quæ omnia fermè Germanorum nomine antiquiora; Quod *vocabulum recens & nuper additum*, Tacitus ipse asseverat.

Truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora & ad impetũ valida; Prout adhuc cernuntur: minorem *laboris atq; operum* patientiã mollius solum ac cœlum dedit &c. *Pecorum numero gaudent: Eaq; solæ & gratissimæ opes*, *ruricolis Sueciæ* adhuc sunt, (unde opes in jure Fă dicuntur, c, 9, Köp: B. U. rubric: c, 5, St. L. eod: c, 27, Ting: B. &c.) *Auri possessione & usu haut perinde afficiuntur. Est videre apud illos argentea vasa, non aliâ utilitate, quàm quæ humo finguntur* aut ligno; poculis sz: cochlearibus, pateris. *Ob usum* tamen *commerciorum aurum & argentum* nunc *in pretio habent*: Etsi non rarò *simpliciùs & antiquiùs mercium permutatione utantur. Pecuniam probant veterem & diu notam. Argentum quoq; magis quàm aurum seqvuntur, quia faciliori usui est.* Quod de armis, equis & peditibus habet quadantenus etiam quadrat. *Definitur & numerus: centeni ex singulis pagis sunt: idq; ipsum inter suos vocantur. Et quod primò numerus fuit, jam nomen & honor est.* Indeq; territoria Hundari dicta Leg: Upl: tit. de Reg: c, 10, 6, 1, 7, 10, 13, 21, &c. *Corpora suorum etiam in dubijs prælijs referunt.* Testis est multiplex experientia.

Scutum

Scutum reliquisse præcipuum flagitium; Artic: militar. 60, 61, 64, &c. *Reges ex nobilitate*, c, 3, 6, 1, Konung: B. L. *duces ex virtute sumunt*. LL: Westg: tit: Rätlösa B. Bondasun skal Lagmader wara. *Nec regibus infinita aut libera potestas*: quod ex cap: 4, de Rege, jur: prov: liquet. Quomodo etiam nostrâ memoriâ *matres vulnera numerare aut exigere plagas* non paveant; quàmq; *longè impatientiùs fœminarum suarum nomine* timeant mariti, & pignorum, pluribus exemplis ostendi posset. *Sanctum etiam aliquid, & providum inesse* imbelliori sexui nostra ætas notat. *Humanis quoq; hostijs litare fas* habuere majores nostri; Joh: M. l, 1, c, 12. *Lucos & nemora* consecrârunt. Vid: Adam: Brem: in descr: Scand. *Auspicia sortesq;* pariter observârunt. Herbis ex *lucis* collectis etiamnum nonnulli, superstitiosè, *equos* alunt. *De minoribus* (quotidianis) *rebus principes consultant, de majoribus* (pace, bello, legibus, tributis, in Comitijs) *omnes*. *Ita tamen ut ea quoq;, quorum penes plebem arbitrium est, apud P:pes pertractentur*. *Coierunt olim certis diebus*; Cum aut inchoatur luna aut impletur, puta in conventu Disano, Upsaliæ Dissting.

 conf:

conf: D. Locc: Antiq: Sueog: l, 1, c, 4. *Nec dierum numerum ut* Romani, *sed noctium computant*; c, 2, 7, 8, de fundis jur: prov: &c. adde D. Loc: Antiq: cit: l, 1, c, 4. Scilicet *nox ducere diem videtur*. *Mox*, ubi convenerint, *Rex vel princeps, prout ætas cuiq;, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis quàm jubendi potestate*. Prout hodiè fit in comitijs. *Sin placuit*. Exemplum vide ex conventu Disano, sub R: Olao Skot-Konung, apud Sturleson pag: 218. *Licet apud concilium accusare quoq; & discrimen capitis intendere*. In comitijs vel infimæ sortis civi gravamina liberè excutere hodienum licet. *Distinctio pœnarum ex delicto* adhuc viget. *Scelera ostendi oportet dum puniuntur*, hinc suspendium, c, 1, de furt: *flagitia abscondi*, hinc viva defossio, c, 5, & 14, de flagitijs Hógm: Ll. *Sed & levioribus delictis pro modo pœnarum, equorum pecorumq; numero convicti multantur. Pars multæ regi vel civitati, pars ipsi qui vindicatur vel propinquis ejus*

exsol-

exſolvitur. Quod jus Svec:pluribus locis inculcat, de mulctis tripartiendis inter actorem, universitatem & regem, c, 13, 14, 16, 17, 25, 26, 28, de Rege, jur: prov: & ſimilia. *Eliguntur in iiſdem conſiliis & principes, qui jura per pagos vicoſq; reddunt*. De legiferis & territorialibus judicibus eligendis, c,1, & 2, Thing: B. huc non malè quadrant. Quomodo *ante tradita arma domûs pars* viderentur juvenes, *mox reip:* Et quomodo *ſuffecturum probârit*, ac deinceps *Princeps vel pater ſcuto frameâq;* ornârit; Vid: Ol: M. lib: 8, c, 9. *Inſignis nobilitas aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adoleſcentulis* quomodo nunc *aſſignant*, cuivis in propatulo eſt. *Cum ventum in aciem, turpe P:pi virtute vinci; turpe comitatui, virtutem P:pis non adæquare*: Quæ & ſequentia jugis experientia applicat. *Principes pro victoriâ pugnant: Comites pro principe*. Quod vel unius R. GUSTAVI M. exemplum illuſtre facit. *Si civitas* (Patria) *in quâ orti ſunt, longâ pace & otio torpeat*, (imò etiam ſi bellum habeat) *plerique nobilium adoleſcentium* (quales hujus ſeculi aliquot nominare poſſem) *petunt ultrò eas nationes, quæ tum bellum gerunt,*

ut

Ut olim Græciam, Ungariam, nuper Belgium., &c. *Quia facilius inter ancipitia clarescunt.* Et adhuc nobilioribus *Pigrum & iners videtur sudore acquirere, quod possis sanguine parare. Mos est civitatibus equitium vel armentorum vel frugum* subsidia *conferre principibus*, ut necessitatibus subveniant; Kong: B. Bpl. f.c, 10, & 11, Helsing: c, 11, eod: jur: com: c, 5. § 3, & 4. *Vicos locant; Suam quisq; domum spacio circumdat.* Prout ruri videre est. *Solent & subterraneos specus aperire, eosq; multo insuper fimo*, vel terrâ, *onerare, suffugium hyemi & receptaculum frugibus:* Quibus etiam rapæ & radices per mediam brumam asservantur. *Tegumē sagum, fibulâ*, (fœminis rusticis argenteâ) *consertum. Veste utuntur strictâ & singulos artus exprimente*; Qualia adhuc Femuralia Dalekarlorum, Roslagiorum, Sudermannorum, & Nerikiorum quorundam & similia. *Fæminæ sæpius lineis amictibus velantur*; Dook & Hufwudkläde appellamus; *nudæ brachia & lacertos*, operibus præsertim domesticis occupatæ. *Singulis uxoribus contenti sunt* Sueo-gothi. *DOTEM non uxor marito, sed uxori maritus*

ritus offert. Quod cap: 9. 10. &c. tit: de Nuptijs jur: Suec: & quotidianæ experientiæ congruit. *Munera boves & frenatus equus* &c. c. 1, in pr. eod: tit. *Numerum liberorum finire aut quenquam ex agnatis necare flagitium habetur.* c, 2, Hjögm: B. Fl. &c. *Sua quemque mater uberibus alit:* Prout adhuc tàm in oppidis quàm ruri usitatum. *Dominum ac servum* (inter rusticos & artifices) *nullis educationis delicijs dignoscas.* *Heredes successoresque sui cuique liberi: & nullum testamentum.* Quasi hæc ex antiquo jure Sueo-gothico petita essent. Uti & sequentia: *Si liberi non sunt, proximus gradus in possessione, fratres, patrui, avunculi.* c, 1, & 2, de hered: jur: Suec. *Suscipere tàm inimicitias seu patris seu propinqui, quàm amicitias necesse est.* c, 3, 4, de homicid: voluntario. *Convictibus & hospitijs non alia gens effusius indulget. Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habetur.* Quod ex sup: cap: & experientiâ clarum. *Lavantur, sæpius calidâ.* De lotionis & balneorum frequentiâ pariter constat. *Tum ad ne-*

gocia,

gocia, nec minus sæpè ad convivia procedunt armati. Memini me in Gothiâ australi, longiori bombardâ, Gyng=Bössa vocant, brevioribus item è cingulo pendentibus, nec non securi manuariâ, gladio & prælongo cultro simul & semel instructos vidisse; quibus inimicos eminus & cominus excipere solent. *Crebræ ut inter vinolentos rixæ rarò conviciis, sæpiùs cæde & vulneribus transiguntur.* Nec cerevisiam aut convivium, ad fines Gothiæ, laudant, nisi cruore etiam crateres rubescant. *Sed & de reconciliandis invicē inimicis, & jungendis affinitatib⁹, &c. plerumq; in conviviis consultant,* Nostrates Gillestugur vocant. vid: Messen: Specul: c, 32, ex Ol. M. *Potus humor ex hordeo aut frumento* &c, adhuc usitatissimus, ritè coctus vino non cedens, vulgò cerevisia dicitur. *Cibi simplices,* caro, lardum, pisces, lac, butyrum, caseus, ova, &c. His *sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem.*

mem. *Genus spectaculorum unum; Juvenes inter gladios se atq; infestas frameas saltu jaciunt.* De quo ritu Ol. M. l, 15, c, 13, ad hæc usq; tempora, etiam in literarijs ludis, frequentato. *Fenus agitare & in usuras extendere,* ad nostrum usq; seculum, *Ignotum*: Paucissimis etiamnum usitatum. *Arva per annos mutant. Sola terræ seges imperatur. Funerum nulla ambitio;* Quod vel adhuc cœmiteria testantur. *Lamenta ac lacrymas citò; dolorem & tristitiam tardè ponunt. Fœminis lugere honestum est: Viris meminisse.* Nec adhuc facilè virum muliebritèr illacrymantem videris. Ita Sueo-Gothi adhuc mores antiquos servant! unde & Germ: fratres; & in stipite remanere, quod in ramis passim exaruit, manifestum evadit. Coronidis loco: Quæ de Fennis idem Tacit: sub calcem lib: notat, maximâ ex parte, nunc temporis falsa sunt. Sic enim ille: *Fennis mira feritas;* Cùm tamen eorundem docilitas, & mores ad civilitatem non inepti, cùm domi tùm foris hodiè satis innotuerint. Immo *Iornandes* Goth: Finni, inquit, mitissimi Scanziæ cultoribus

omni-

omnibus mitiores. Et de Æsthijs, qui Fennorum ut lingvam ita mores participant; Idem Jornand: scribit: *Æsti pacatum hominum genus omninò.* Quem & citat Cluv: germ: antiq: lib: 3, capite 44. *Fœda,* inquit ille, *paupertas.* Quas verò & quantas teneant divitias, commodiùs lib: 6. attingetur. *Non arma, non equi, non penates ait.* Hæc à modernis moribus alienissima esse cuivis notum. Quin & hæc & sequentia meliùs Lappis congruunt. *Victui herba, vestitui pelles, cubile humus.* Talis etiam erat vita protoplastorum; & antiquissimorum hominum. Verùm hæc & cætera in Lappos, uti dictum, magis quadrant. Fenni enim & arma optimè tractant, & equos robustissimos alunt; & domos solertèr ædificant; pane & carnibus ac piscibus, cæterisq; edulijs quotidiè fruuntur, & panno vestiuntur, & pennis avium, indeq; culcitris mollissimis, ditiores præsertim, non destituuntur. Quòd verò non sagittis, nedum ossibus asperatis, sed sclopetis & gladijs utantur, hostes qui fuere testimonium perhibebunt. Eademq; fides in reliquis. Sed non mirum istâ ætate cum adhuc gens minus

nota,

nota, & ipsum ex dubiâ famâ aliorumq; relatu scribentem longiùs à vero authorem aberrasse.

CAP. III. *De Genio & moribus Sveo-Gothorum ex domesticis historijs antiquioribus.*

ERicus Ubs. l. 1. *Est Gothorum genus ambitiosum, & avidum exaltari*, (Magnanimum & laude digna gerere cupidum, intellexit, uti & dicere voluit, certè debuit, interprete Joh: M. lib. 4. c. 14.) Sed quòd *ad regendum plerumq; ineptum dicat*; experientiâ, domi & foris, clarâ facilè refellitur. De *dissensionibus & partialitate*, quæ subinfert; discordias potissimùm Suecorũ ac Danorum, imò & Gothorum ac Suec: sub diversis regibus, ex electione reg: & horum tyrannide ortas innuit, ceu contextus indicat: quas nunc radicitùs extirpatas gaudemus. *Suecos, præcipuè Uplandos, ut tepidos, segnes, moribus & conversatione distortos, rustico potiùs operi quàm arduis rebus intentos, curialibus & militaribus negocijs P:pumq; obsequijs minùs aptos, lib. 3.* minùs candidè notat. Neq; n. horum ingenio sed Regib. exteros exaltantibus & indigenas con-

 temnen-

temnentib⁹ aſcribendum, quòd arduis negoeijs tùm non ſint adhibiti; prout vel ejuſdem Hiſt: teſtatur. Unde & periculoſi Folchungorum motus occaſionem habuerunt. ut lib: 5. p. 366. &c. innuitur. *Æmulationibus Suecorum R. m Chriſtoph*: abuſum eod: l. 5. p. 361. & ſeqq: nec non Joh: M. l, 22, c, 21, indicaſſe. Invidiam verò multa præclara impedire non diffitendum. *Fidem Suec: erga R. Carolum elevat.* Sed ejus cauſã in extraneos, meritò reijcit. Nulla igitur huius Hiſtorici authoritate Sueo-Gothis macula iure aſpergi poterit.

Joh. M. l. 7. c. 7. *Nulla gens Suecis tardior ad iram, nec acrior ad vindictam.* Lib. 20. c. 3. Nobiles Suecos tardioris ingenij, at veracioris, quàm exteros, ait. Qui ſi nunc viveret, tarditatem, credo, non exprobaret. l, 22, c, 10, Suecos & Gothos ſemper ad pacem paratos teſtatur. Et c, 3, Gothos taciturnitate res arduas aggredi. lib: 21, c, 13, Suecos popularem Regem amare ſcribit. Item Suecones ad verbales injurias omnium mortalium impatientiſſimos eſſe: Confeſtim n. injurioſa verba verberibus compenſare ſolent. Idem etiam Ol. M. l, 7, c, 20, atroces injurias vehementi ſpiritu & ſtudio Gothi vindicare ſolent

solent. Priscam tamen Suecorum simplicitatem, idem Joh. M. lib. 28. c. 9. l, 22, c, 11, & passim non dissimulat. Fortitudinem l, 20, c, 11, alibiq;: Et hospitalitatem ac liberalitatem l, 2, c, 2, jam notissimas, dilucidè depingit.

Ol. M. totus ferè est in septentrionalium naturâ, moribus ac diversis ritibus exponendis. De stadio cursus, S. Staphans Skede/ aliisq; glacialibus itineribus & hospitiis: glacie aperiundâ, ne pisces in stagnis suffocentur. De tædis ceu faculis pineis, Fenn: Påreta/ vulgô usitatissimis, nundinis glacialibus, quales Ubs: Disanæ, Stregn: aliæq;. Pœnâ servorum gelidâ aquâ: modo ædificandi & agriculturâ; trituratione ad ignem; & modo fruges siccandi. Infantum cunis in agris ex arboribus pendentibus. De hydromeli, musto seu mulso, Smolandis Mölsta. Prisanæ præparatione; specimine recentis cerevisiæ, Buska; & quomodo antiquitùs solæ. fœminæ cerevisiam panesq; mundissimè & aptissimè coquant. De variis vasorum & craterum generibus. Pateris Gothorum, Wastenaskålar. Ratione salis coquendi olim usitatâ, Butyro, & caseis horumq; diversitate & magnitudine. Distinctis sexus laboribus. Ponderibus, mensuris; texturâ, picturâ & reliquo ædium ornatu. De vestitu mulierum; ornatu virginum, Nuptiis illustrium & plebeiorum. Pœnâ adulterii. Judicandi, iurandi & castigandi ritibus; atq; educatione & disciplinâ puerorum. De variis corporis exercitiis; Balneis, cùm nuptialibus, Brudebadh/ tùm aliis. Ecclesiasticâ disciplinâ. More in memoriam S. Triados bibendi. Armis viatorum, quæ in templi vestibulo (Wapnhwset) seponuntur. De carnibus salitis, fumo & vento induratis, Spickekött. Donis neonymphis offerri solitis. Variâ venatione, aucupio & piscandi ratione. De apum curâ, & medicina septentrionali-

um: & similis quamplurima; Quæ omnia Synopseos brevitas non admittit.

CAP. IV. *De recentiorum testimonijs.*

INgenia, mores & consvetudines Suecorum, in tabulâ orbis arctoi, Andreas Buræus satis aptè depingit. Nec multum dissimilitèr ab ijs quæ sup: allata sunt. Idoneos nempè ad quasvis scientias, lingvas & artes. Mores simplices ac innocuos, sine libidine & superbiá; Præsertim ubi exterorum vel vicinorum contagione nondum inquinati sunt. Vestitum plebejorum parabilem; nobilium ad exterorum accommodatum. Ædificia lignea, magis quàm lapidea. Quæ tamen etiam satis magnifica non desunt. Victum, qui & ante notatus. Conjugia pudica & sancta; nec sine tutorum authoritate nubere licitum. Adulterium capitale. Filij. mortuis parentibus, proximi heredes; cum quibus nepotes, in stirpes, succedunt. Si nullus defuncti heres in regno, nec ante annum & noctem venerit, bona fisco cadunt; quod Danaarff dicitur, &c. vid: descript: Suec: in Belg: editam.

Nec

Nec minùs verè D. Joh. Loccen: de antiq: Sueo-goth: scribit. Ea est indoles populi Sueonum, ut malit duci quàm trahi: & leni suadæ gravitate decenti temperatæ argumentisq; instructæ, se faciliorem, quàm aspero imperio & extorto obsequio præbeat; adversus vim pervicax obnitatur. Item l. 1. c. 19. De agriculturâ; agrorumq; fundorum & sylvarum distinctione; furto segetis: De honesto ruris & pecorum cultu; Et ruricolis; sic concludens. *Eo sint ingenio ut nec integram libertatem, nec integram servitutem ferre possint.* Itidem de veterum frugalitate in vestitu; Rhenonibus; civili & decoro habitu. c. 20. De victu & valetudine veterum, deq; eorum convivijs; ubi magistratus ac benè meritorum, & ipsius Dei memoriæ libare, nec non majorum res gestas decantare mos inveteratus est. Deq; hujus ritus causâ & fructu. c. 22. De hospitalitate & convictu veterum Sueo-gothorum. c. 23. Ludicra & scurras non ferentium. c. 24. De nuptiarum ritibus, adulterij & stupri pœnis. c. 25. de ritibus funebribus & sepulturâ priscorum Sueo-gothorum. &c. Nec pauca

 etiam

etiam D. Paulin: Hist: arct: lib: 1, c, 42. habet, quæ ibi videantur.

CAP. V. *De Septentrionalium horum moribus in genere, ex ipsâ experientiâ.*

F*OEminæ* duræ sunt, sæpè in agro sine obstetricum ope partum feliciter egerentes, quem veste involutum domum portant; nec multò post, uti ante, domesticos labores capessunt. *Infantes* lacte materno, subinde etiam vaccino, caprino aut ovino aluntur. Nec mora; carnis pingvioris aut lardi frusta ori ingeruntur, quæ exsugunt; cibumq; parentibus communem, dentib9 etiam nondum instructi, deglutire addiscunt: unde robur haud parum augeri creditur. *Adulti*, ut ante dictum, pane, carne, piscibus & lacticinijs vescuntur. Ditiores etiam rustici cerevisiâ & vino sublimato non carent. *Vestis* plebejorum ex lino, lanâ, aut pellibus fit: Pannum mulieres conficiunt. Ditiores tamen etiam rustici, eorumq; uxores & liberi exotico, in festivitatibus, utuntur. Unde R. Joh: III. Regina Catharina Polona, Holmiæ in comitijs rusticos inter rusticos

quæ,

quæſiviſſe fertur. Cùm non, ut in Poloniâ, veſtitu vili, corticeis calceis & pileo; Sed laneis pileis, pallijs, ocreis & calcaribus inſtructos animadverteret: Cives aut aulicos potiùs quàm ruſticos hoſce ſibi videri ajebat. *Nobiliores autem, mercatores & milites* exotico habitui ſeſe accomodant. Et hæc inter vitia à cordatis numerantur.: *Exterorum admiratio, nimium privati comodi ſtudium & ſuiipſius contemptus.* Vulgus ut in alijs majorum conſuetudinibus, ita in priſco habitu ſervando, pertinaciſſimum eſt. Corporis & animi, ſub veſte latentium, hic genius eſt: Grandi & ſucculento ſunt corpore, flavis crinibus, candidâ cute; robuſti & vegeti; iracundi & citò vindicantes, poſteaq; placabiles. Humani, liberales; fidi, genio indulgentes. Lingvarum, artium & ſcientiarum capaciſſimi: Nec in his ulla gens magis excelleret; niſi pluribus intenti in ſingulis impedirentur.. Martialia ingenia produnt etiam luſus tenellæ ætatis ad militiam conformati. Ut arces nivales, hyeme; vel colliculus aut cautes, æſtate, ab ijs, in diverſa euntibus propugnati (Friſ Sloſt vocant) aut oppugnati. Nec non

ludus equestris, Ridderspel/ubi duæ turmæ excursionem facientes, adversæ partis socios in captivitatem abducunt, donec alterutra exhausta vincatur. Neq; ita captus nisi legitimo lytro, vel bonâ gratiâ, intercedente, loco se movere sustinet. *Tanta etiam in ludicris, vel in hâc ætate, fidei observantia!* Et similia quàmplurima. Ingenitum libertatis studium arguit, quod vel pauperculi, ad operam alijs locandam legibus adstringendi fuerint, c, 15, Bygn: B. El. & c. 21, St. L. eod. *Convivia* celebrant hilaritèr; eaq; in plures dies extendunt. Nuptiæ sumptibus parentum aut sponsorum instituuntur. Bibitur in memoriam Regis, magnatum & amicorum & ipsius DEI. Non in sanitatem, (ut quidam germani suo idiomate malè interpretantur, in unser Herr Gots gesundheit) sed recordationem, (unser Herr Gots gedenckynus) & gratiarum actionem. *Mortuos* sepeliunt, nisi scelera vetent, in templis aut cœmiterijs honestè; Campanarum sonitu & exequialibus cantionibus prosequentes.

C A P. VI. *De moribus in specie.*

CLerici nunc docti sunt & devoti: Nigro vestitu, latioribus pileis & longioribus

tribus pallijs, super colobijs seu tunicis, in congressibus utuntur. Sacra coram Altari peracturi, seposito pallio, laxam ferè camisiam, cum ornatu missifico, (Mässe Haka vocant) ex serico, auro gemmisq; corruscante, induunt. Illustres ac Nobiles armis olim quàm literis plus tribuerunt. Utrisq; hâc tempestate pariter insignes. Nec in linguis modò quin etiam cæteris facultatibus, vel Doctoribus ipsis palmam sæpè ambiguam faciunt. Scilicet, ut Poëta canit;

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

MIlites terrâ mariq;, pede & equo, in campo & castris ac munitionibus, sclopetis & gladijs juxta expediti. Mercatores industrij & medioeri lucro contenti, immensum non affectant. Rustici pauperes & inferioris sortis, ut vulgo agnatum, queruli; ditiores superbi & elati.

Uplandi pacifici, œconomici & ad rem attentiores sunt. *Sudermanni* itidem agricolæ, ingenui & humaniores. *Nerikij* providi & solertes. *Wesmanni* laboriosi duri & lucro quodammodo dediti.

Gothi, in genere, ingenio minimè malo

ſunt; ſed faciliùs irritabili: Ideoq; ad motus procliviores. *Oſtrogothi* corpore & animo belli, ob terræ feracitatem delicati, morum elegantiâ & ingenio nullis cedunt. SMOLANDIS prompta omnibus arma, ac ſi res poſcat, exercitus; ut ille loquitur. Magnanimi non minùs quàm ingenioſi. Nec ulla provincia plures ad Academias Studioſos mittit; pluresve doctos, Epiſcopos, Profeſſores & alios, hiſce duabus provinciis, ſubministrat. *Weſtrogothi* ſimplices, pacifici & conſtantes; Et ſine impotentiâ quieti. *Wermelandi* manſueti, mites & modeſti. *Dalekarli* duri & pertinaces, laborum atq; inediæ patientiſſimi. *Helſingi*, cum *Medelpadijs* & vicinis, ſimplices, candidi & mundiciei ſtudioſi. *Angermanni* pietate, humanitate, fide & ſinceritate nec non ingenio præſtant. Unde haud pauca ſummæ eruditionis lumina paſſim coruſcant. *Bothnienſes* præ cæteris liberales itemq; ingenioſi ſunt. *Lappi* agreſtes & valde ſuſpicaces. De quibus infra plura. *Fenni* non magis morum elegantiâ, quàm fide in Reges laudandi; tenaces propoſiti & litium avidi; valdeq; acuti. At foris quàm domi & in natali ſolo laborioſiores. *Tavvaſti* auſteri & minaci vultu. *Savvolaxi*, Dalekarlis con-

ſimi-

similiter, fodiendo & runcando peregrè, etiam victum quæritant. *Nylandi* Suecis similes, & hospitales. *Carelij* pertinaces (unde vulgò Carelicum caput dicunt; quàm vere iudicent alii.) Caseos non conficiunt, cùm lacte abundent. Quod furno inlatum subinde assant. *Ingri, Æsthi & Livoni* rustici servitutem patientiùs ferunt. Maritimi & insulares, ut *Ölandi, Alandi, Gothlandi* &c optimi nautæ & natatores sunt; qui cum ventis & fluctibus luctari pro ludo habent. Sed singula hîc persequi non licet.

CAP. VII. *De peculiaribus quibusdam ritibus.*

SOlent in Sueciâ, ut & hîc in Fenningiâ, præsertim vigiliâ nativitatis CHRIsti, cruces postibus & januis ascribere, inq; portis viarum, ubi transitus patet, cancellatim supernè erigere. Procul dubio in memoriam crucifixi. Quamvis satiùs sit eundem in corde quàm portâ habere.

Spons[...]os in *Smolandiâ* & alibi tympanorum, fistularum lyrarumq; concentu, ingenti comitatu plebeij ad ecclesiam ducunt & reducunt. (Nobiliores, buccinis & tympanis æneis resonantibus.) Nec bombardas, honoris gratiâ, in

tali

tali processu explodere, australibus Gothis insitatum. Sunt & aliæ peculiares ceremoniæ, quas hæc brevitas non admittit.

In *Dalekarliâ*, quorundam mos est, ad nuptias invitati ut ptisanam & lupulum, pro quantitate familiæ suæ, cerevisiæ coquendæ conferant; quæ in convivio ad mensuram bibitur, ne ulius in haustu vel guttâ defraudetur. *Tanta hic justitiæ observantia!* cibum singulæ familiæ pro suis afferunt, & seorsim in eâdem domo capiunt. *Ita sponsi eorumque parentes ab omni sumtu relevantur.*

Fennicæ obstetrices, infantes recens natos, calidissimo balneo inferunt; ibiq; in editiori loco virgis frondiferis cædunt, donec cutis instar corij ruthenici rubescat. Eodemq; modo puerperas tractant. Et vulgò omnes Fenni balneis frequentissimè utuntur. Unde exsilientes, vel intensissimo frigore, aquas cum glacie & nive mixtas ex puteo, rivo aut mari haustas, nudo corpori alacres & ridenti vultu superfundunt. Unde duriora genti corpora & strictiores artus esse constat. Quæ & terræ suæ solo & cœlo acriùs animatur. Sed plura de his nunc brevitas vetat.

CAP. 8.

CAP. VIIJ. *De Lapporum moribus; præsertim Kiemienſium.*

LAppia Kiemienſis, quæ â Templo ipſo ultra 150. mil: in ſeptentrionem extenditur, ante annos 20. & quod excurrit, Chriſto nomen dedit: Sacerdotes honorat; circa feſtum natalitium CHRiſti viſitantes Rhenonibus procul excipit ac provehit. In tentoria, mollibus ramis betulinis, ſuperſtratâ pelle Rhenonis, adornata deducunt. Accurrunt omnes inclinato corpore, ruthenico more, ſalutantes; h. v. Såå terwe tulemaſt Lappinmaa. i. e. *Gratulamur adventum in Lappiam.*

MEnſa eſt aſſer humi poſitus; fercula piſces aridi; carnes rhenonis arefactæ; eiuſq; lingva ad ignem toſta; oſſaq; foco excalefacta, quibus diffiſſis medulla promitur. Hæc ſine ſale & pane; quem utrumq; verbi miniſtri ſecum afferunt; itemq, vinum: Cerevifia enim ob frigoris rigorem inutilis eſt. Lappi verò aquam in vaſculo corticeo, potui apponunt. Hinc hoſpitem invitant hiſce verbis: Sce Lappin Ruoka/ jos kelpa. i. e. Hæc Lapporum eſca, ſi iuvat. Tentoria èx aſſeribus, octagona ſunt, inferius latiora, 5 circiter ulnas altæ. Focus in medio per tectum, ſemper patens, exhalat. Janua parva eſt, ſponte relabendo claudens. Cui è regione feneſtra lumen admittens: per quam ex venatione reduces primò irrepunt, fruſtum carnis rhenanæ ſecum trahentes. In conclavi, quod intra feneſtram in caſa eſt, tres ulnas longo 1. uln. latos quò fœminis introire nefas, veſtem venatoriam deponit: hinc caſam ſalutabundus ingreditur. Veſtie

quo-

quotidiana pelliceum Lappicum (Ett Lapmudd) nudo corpori applicatum, iniectoq; cingulo adstrictum, ad medium femur demittitur; femuralia ex eadem materia (pelle Rhenonis) corpus exprimunt, in calceos demissa, quibus pedibus applicatis adstrigmentum additur nivibus arcendis. Hospites excepturi, longas tunicas, ruthenorum more, ex panno cœruleo, vel albo domestico (Suet: Wadmal) induunt. Qualibus etiam fœminæ utuntur: Cum cingulo annulis & catenis stanneis & orichalceis ornato. Hæ sedulæ sunt acu & filo, è nervis rhenonum aridis, contusis & adipe piscium mollitis: stannum etiam artificiose intexunt, prout calcei & chirotheeæ, quæ hic quotidie prostant, testantur. Adulteria & fornicationem Lappi oderunt; ipsiq; vindicant. Furta ignorant. Unde viatorum merces sub dio intactæ: Ne à canibus quidem læduntur, quos semper vinctos tenent; ut venatum dimissi feras avidiùs persequantur. pecudes non habent, præter Rhenones: (Suet: Reenar.) Hi victum & amictum dominis præbent: lac, caseum, carnes, pellem &c. hi vecturam præstant. Rhedæ sunt duûm generum: *alterum* in modum cymbulæ bothnicæ transversim dissectæ, duas cum dimidiá ulnas longum, subtenso pede lævigato, quartam ulnæ partem in latitudine habente, affabrè factum, Pulca vocant. A tergo assere clauditur, in quem vehendus (singulæ enim unum tantummodò hominem capiunt) dorsum

ſum reclinat. Ad umbilicum uſq̀, in hanc rhedam immerſus, ligamine lineo vel coriaceo adſtringitur. Baculum ſeſquiulnam longum manu tenet: quo in præruptis & lubricioribꝰ glacie montibus rhedam retardat ac ſuſtinet. Proræ hujus rhedæ acuminatæ, helciũ (adſtrigmentum villoſum) per foramẽ innexum, ſub alvo Rhenonis inter crura, ut rectum teneat curſum, continuatur: & circulo cervicem rhenonis (ex pelle villoſâ ejusdem animalis) cingente inligatur. Super dorſũ beſtiæ habenæ, una ſc: lata corrigia de pelle canis marini, caput ſtringit: quâ dextrorſùm vel ſiniſtrorſùm jactatâ vectus curſũ alterâ manu dirigit. Atq̀, ſic per montes & valles, ſuper truncos & ſaxa, per loca deſerta perniciſſimo curſu fertur. *Periculoſum certè inſvetis experimentum!* Alterum Rhedæ genus, vehendæ ſupellectili deſtinatum, Achkio vocant: 5. uln: longum: cætera eodem modo ſtructum. Sed undiq̀, apertum eſt. Unde & contra nives crudo lino muniendum. Hujuſmodi Achkios trahentes rhenones multi, unum Lappum præagitantem, velut ducem ſponte ſeqvuntur. *Plura brevitas*

vitas

vitas nunc vetat. vid: Joh. M. lib: 36, c, 8. Ol: M. lib: 4, c, 3. Jacobus Ziegl. in Schondiâ, de Lapp. Damianus à Goës, Eq: lusit: de Lap. Andr: Buræ: descript: Suec: & Isaacius Pontan. Chorograph. Dan. de Lapp. p. 700. &c. Quod tamen de incantationibus, â Ziegl., & nodis magicis, alijsq; narratur: nunc incognitum est. Nisi fortè in paucis circumforaneis deprehendatur. Quos incolæ aversantur. Religionem enim christianam Suec. subjecti imperio jam seqvuntur: secùs quàm idem Ziegl. scribit: & Damianus conqueritur. Neq̃, à Christianorum ceremonijs, ut de suis ait Pontanus, toti abhorrent. Id enim divinâ benedictione, sedulâ curâ S.R.M.tis & pio zelo, Rev. Episcopi Aboënsis *M. Isaacij Rothovij* effectum, ut ultra lacum Enaratråsk/ fermè sub gr. 70. CHristo nomen dederint. Quæ loca nomine ejusdem, 23, jam ann. hic Episcopi, Dn. Claudius Christ: Alanus, ante decennium visitavit. Ex cuius fidâ observatione, & veraci relatione, quæ attuli, excerpta sunt. Plura in Maiore opere, bono cum DEO, congerentur.

ANtiquis steterat quondam ceu moribus ipsa
SUECIA firma diù; stabit ita inde potens.

LIB. V.

LIBER V.

DE

Politica Administratione, Priscâ & Modernâ.

CAPUT I.

De Antiquissimâ Imperii formâ.

PRincipio rerum, ut aliarum gentiũ nationumq́; ita harum quoq́; septentrionalium, imperiũ penes Reges erat. Quamvis enim prisco ævo Regnum sive inter filios regum, sive populis in diversa vota abeuntibus divisum fuerit; in singulis tamen provincijs seu minorib⁹ regnis, subditi ad unum semper spectârunt, qui sine pari regnaret: Utut Reguli isti Ubsalensis Regis Majestatem comitèr observârint, eiq́; donaria obtulerint, undè tributarij Reges, Skatt Kongar dicuntur; Quod monarchicam imperandi formam non tollit. Eam quippè esse populi hujus naturam, ut multorum simul regimen aversetur; prout tam antiqua

quàm moderna experientia atteſtatur. Nam & proximo interregno, etiamſi nomine S. R. M tis tunc minorennis, Illuſtriſſimi Regentes, eâ fide, iuſtitiâ, dexteritate & felicitate gubernárint, ut ne invidia quidem ipſa, quod vel aliquo ſub colore, carpat, habeat: auditi tamen ſunt vulgi ſuſurri, iuxta illud Poëtæ:

Οὐκ ἀγαθὴ πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.

Penes unum proinde belli imperium, cum judicandi poteſtate, à primis temporibus fuiſſe non refragantibus hiſtorijs, meritò aſſeritur. An verò coronam geſtârint antiquiſſimi iſti moderatores, non æquè liquet. Nomen certè Regis, ut nunc Konung vocatur, diu ignoratum annales fatentur; Quæ ante *Dagerum Ubſalenſem* R. Domari filium, neminem iſto titulo hic inſignitum atteſtantur. Cùm prædeceſſores Drotter dicti; ut hodieq; Regina Drotning: Et primus à Rege Senator, Drotzet/ quaſi vice-vel Pro-Rex vocatur. Quin & adhuc in quibuſdam Gothiæ locis ſupremam in menſâ ſedem, tanquam Regi congruam, Dröſte/ vulgus appellitat. Hinc quoq; germanorum Truchſes i. e. dapifer, veri imilitèr, derivatur. Belgarum verò Droſten/ (qui nobilium ordinē in provinciâ tranſiſulanâ repræſentant) *Het Droſten ampt van Zutphen*, quæ

quæ primaria ibi est præfectura, & similia, hinc dimanare manifestum est. Verùm e-nim v. sivè Drotter/ sivè Reges, sive judices, primi horum populorum moderatores & Rectores vocentur, ad principatum tamen & regiam sive monarchicam administratio-nem accessisse, propius vero est, cum plures idem regnum pari potestate & authoritate habuisse nunquam legantur. Sic etiam *antiq: hist: Eric: Ubs.* mox in limine ait; *Re-dacto regno tàm amplo & multarum ac diversa-rum provinciarum ad unius Principis monarchiam & regalis nominis Principatum.* Ubi plures monarchias & principatus in unum coalu-isse haud obscurè innuit. Quibus accedit authoritas Joh: M. Regiam à primordio ad-ministrationem viguisse liquidò asserentis[*]. Neq; idem exteros, iam diu antea, latuisse patet. Sic enim *Tacit. Gothones paulò jam re-gnari addictiùs quàm cæteras Germanorum gentes:* suo seculo scripsit. Ergò antè, licet minus addictè, regnabantur. i. e. Regibus paruе-runt. Et, *Svionibus unum imperitare, nullis jam exceptionibus, nec precario jure parendi.* Pri-us igitur, etsi pluribus exceptionibus, unus

 im-

imperitavit. Paritèr & *M. Adamus Bremensis, in descr. Svec: Reges habent ex genere antiquos &c.* inquit. Nec obstat quod supracitatus Ericus Ubs: eod: hist: lib: 1. dicat. *Gentem Gothorum non statim à principio Reges habuisse, sed aliquamdiu viris alicujus eminentiæ in agendo ductos fuisse.* Nomen enim & pompam regiam, primis temporibus, ut supra dictum, minus usitata fuisse indigitat; Quæ unius imperium & monarchiam non constituunt; cum etiam in populo Dei unus simul & semel, non plures judicum etiam tempore, majestatis jura in judicando & belligerando exercuerint. Quin & Rex, summus judex passim salutatur. c.4. de jur. Reg. LL. prov. in f. & artic: milit: 119. Idem quoq; ad verba finalia Joh. M. l.1 c.12, responderi potest. Multò minus officit *Chron: Norv: duodecim viros sacris & populo ab Othino præfectos fuisse* tradens. Nam & antea Regem Svec extitisse Ingonem seu Ingolphum, (quem per aphæresin Gylpham vocat) & præfectos illos sub Regibus fuisse disertè fatetur. Quin igitur ad monarchiam licet temperatam non absolutam, hi populi semper respexerint,

xerint, vix dubitandum videtur. Neq; unquam mera polyarchia eis accommodari poterit.

CAP. II. *De Priscâ Regum Constitutione.*

MOderato igitur Regum sive Gubernatorum Imperio assueti hi septentrionales, nihil antiquius habuerunt, (Nullâ etiam adhuc de eo lege promulgatâ) quàm ut filium super throno parentis fulgentem aspicerent. Nec minùs regnum, quam cætera patris bona, æquitate quâdam & studio erga imperantes ducti, ad gnatum pertinere judicârunt: dummodò is ei animus fuerit, ut non respuerit, ea fiducia ut populi defensionem suscipere ausus sit, eæ facultates ut congiaria præbere potuerit. Talis enim in antiquioribus historijs Regis declarandi mos reperitur: *Rege priori mortuo proximus heres in sceptra successurus sumptuosum apparavit convivium,* (Arffwcööl dictum) *prædecessori justa persoluturus. In ipso Symposio seu Diatâ, futurus Rex primitùs non ipsum Thronum & supremam sedem* (Dröstet/ Högsätet eller Kungzsätet) *sed*

lib. V

Sed inferius scamnum sive scabellum occupavit: donec ingens Schyphus (Brakebågaren) *inferreretur. Huic Regni candidatᵍ venienti assurrexit; Acceptoq́ magnâ cum veneratione poculo, aut immani cornu, (prout tùm moris erat ex talibus bibere) votum præstitit, jurejurando sese adstringens, non modò justè regno usurum, verùm insigni quoq́ facinore collustraturum, terminosq́ dilataturum. Atq́ ita cyathum exinanivit. & postmodum in solium parentis sive antecessoris honorificè deductᵍ fuit.* In quo, cum istis ceremonijs desedisset, Regnum legitimè adijsse, primo isto & simplici ævo, judicabatur. Prout non tantùm *Chron: Norveg: Sturlessonij* de Regibus Svec: verùm & antiqvum *Chron: Svec:* in vitâ *Ingialdi* R. c. 15. commemorat.

OCcasione talium votorum expeditiones non paucas adversus extraneos hostes atq; vicinos, tunc temporis, susceptas fuisse minimè dubitandum; undè & postmodùm annuatim à Regibus Sveciæ frequentatæ sunt, ut Chron: Sturl. per prosopopœiam pag: 218. refert. Nominatim ab Erico Anundsson/ R. Ubsalensi, qui septimo à nato Salvatore seculo vixit; quomodo iam tùm Fenningiā, Careliam, Æsthiam & Curlandiam, cùm aliis regionibus subiugavit; quod fortalitia, variaq; ædificia, structuræ & Valla, tempore Olai Skotkonung/ R. Svec: conspicua, attestabantur. Nota est deinceps Expeditio S. Erici 9. huc in Fenningiam: Birgeri Jerl sub R. Erico 10. in Tavvastiam; Torchili Canuti in Careliam sub R. Birgero, qui cum victricibus armis demum Christianam religio-

ligionem huc invexerant atq; transplantarunt. De talibus etiam expeditionibus constituta sunt antiquissima iura c. 10. & ult: tit: de Reg: LL. Upland Cap. 7. cum seqq. LL. Helsing. eod: tit: & similia. Sed de hisce hic obiter; ex occasione vetustissimæ Regem creandi & inaugurandi rationis, quam hactenus scriptis proditam inveni.

CAP. III. *De alio recentiori Reges constituendi modo.*

VIcinioribus antiquitatis seculis, ante & post Christianam religionem admissam, alius Reges designandi atq; creandi mos & consvetudo viguit, annotantibus historicis, *Erico Ubs: Ioh: & Ol. M: M. ll: busq; antiquissimis* attestantibus. Revocatis nimirum aquilonaribus hisce regnis ad unius imperium, ut pro legitimo Rege non haberetur, qui apud Ubsaliam, electus non fuisset. Quod à tempore Ingonis R. (*Quem Philimeri filium antiq: Chron: Svec: ut & Eric: Ubs. facit*) obtinuisse, idem *Eric: Ubs.* docet.

Fiebat electio ista apud lapidem, toties in historijs decantatum Morasteen/ non procul Ubsaliâ distantem: Quem alij duodecim minores ad latera cinxerunt. *Prout Ioh. M. l. 21. c. 1. & Ol. M. l. 8. c. 1.* describunt.

bunt. De quibus lapidibus (Morasteenar) manuscriptum ab *Illust: Dño R. Drotzeto & Generali Mag. Ducatus Gubernatore &c.* Comite PETRO BRAHE &c. clementer communicatum, ita habet: Antiquissimum saxum Regis effigie insignitum est, regioq; scuto, aureum porrum dextrâ tenente, sceptrum sinistra (*Ol. M. cit. lib. 8. c. 1. in appositâ picturâ, pomum sinistra gladium dextræ tribuit*) Secundum, amputato Scuto tres coronas exhibet. Tertium, est R. Erici Pomerani, hisce verbis in margine notatis: *Anno Domini ∞ CCCXCVI: electus est in Regem Sveciæ in hoc loco Illustriss: Norvegiæ Dominus Ericus Pomeranus.* Superius in circuitu effigiei S.ᵗⁱ ERICI, hæc habentur. *In nomine Patris & Filij, & Spiritus S. & in honorem Sancti ERICI.* Quartum, est R. Caroli Canuti, hisce verbis: *Anno Dñi M. CDXLVIII: xxviii. die mensis Iunij, V. vigiliâ Apostolorum Petri & Pauli,* Electus est nobilis Vir Dñus Carolus Kanuti, Miles, natione Svecus, in Regem Sveciæ. Quintum, est pars cippi, runicis literis notati, eòq; translati. Reliqua non inveniuntur, furtim quippe sublata sunt. Quin & verus

verus & primarius lapis Moraſteen/ hâc tempeſtate ſuperiùs in ſylvis deliteſcere fertur. Hæc ex illo M. S. unde quantoperè antiquiſſimum illud monimentum, hominum invidorum malevolentiâ, nunc turbatum ſit, liquidò apparet. Apud hunc lapidem immenſa hominum multitudo olim confluxit: Juxta illud *Taciti*; *De minoribus rebus* (i.e. quotidianis) *Principes conſultant: de majoribus omnes.* (i.eſt, ex omni regione atq; ordine idonei homines mittebantur;) Et præcipue Regni Senatores, Legiferi ſeu Provinciales judices, provinciarumq; Urbium & ruſticorum delegati, ad præſtitutum diem convenerunt. Hinc ex Senatorio ordine primus, gravi oratione, Regis eligendi atq; habendi neceſſitatem expoſuit; omneſq; ut diligenti proviſione atq; maturâ meditatione, poſitâ longiori morâ, quem regno maximè profuturum Regem exiſtimarent, liberis votis, ſine privato affectu, ut deſignarent admonuit. Dictum factum. Et mox novo Regi ſubditi, jurisjurandi religione, ultrò citroq; adſtringebantur. *Tandemq; Coronatio ſubſequuta fuit.*

lib v

CAP. IV. *De Priscis Electionibus in Regn: Sveo-Goth.*

UT autem hic modus Regem constituendi ritè susciperetur atq; procederet, circumspecta antiquitas certos *Electores* constituit, penes quos eligendi Regis potestas esset. Experientia quippe, rerum magistra, satis edocuit quàm periculosum, & multorum sæpè cum exitio conjunctum sit, unius solius arbitrio summam rerum relinquere. Quantum nimirum prodest eum sine interpellatione regimen tenere qui non nisi quod justum, æqvum & bonum est, sponte sequitur: Tantùm vicissim obest magnam & indeterminatam esse ejus potentiam, qui non nisi ad subditorum & aliorum perniciem, (sive ex malitiâ, sive imprudentiâ) eâdem abutitur. *Additum* proinde, *consilium, coërcendi intra tèrminos Imperij*: ut *Taciti* verbis utar. Et novi Regis substituendi; qui optimus, prudentissimus atq; fortissimus, non nisi à probis cordatis & strenuis eligi potuit. Tales juxta populi deputatos (quales adhuc in Comitijs Härredagz-Män vocantur) qui plebis, agriculturæ,

pecus

pecuariæ, piſcationi, venationi & opificijs intentæ, ſuffragia attulère, fuerunt *Regni Ephori & Electores ordinarij.* Quorum non ſemper idem numerus erat. Ll: Uplandicæ tit: de Reg: c, 1, Septem recenſent: videlicet, *1, Legiferum Uplandiæ,* Uplandzlagmader/ *cui primum debebatur votum; Et huic* Tiundeland/Attundaland *&* Fiädrundeland *ſuberant.* 2. *Sudermanniæ.* 3. *Oſtgothiæ.* 4. *Decem-Territoriorum,* Tijhäred *in Smolandiâ.* 5. *Weſtgothiæ.* 6, *Nerikiæ.* *Et* 7, *Weſmanniæ legiferum ſeu judicem provincialem. Qui conjunctim poteſtatem habuerunt Regem decernere atq; coronam tribuere.*

Ampliato poſtea imperio, ſecundum jus commune, undecim electores numerantur; c, 3, eod: tit. Qui in novi Regis electione, hoc ordine vota contulerunt. 1, Uplandiæ Legifer, cum aſſeclis, à populo deputatis. 2, Sudermanniæ. 3, Oſtgothiæ. 4, Ölandiæ. 5, Decem-Territoriorum. 6, Weſtgothiæ. 7, Wermiæ. 8, Nerikiæ. 9, Weſtmanniæ Daliæq;. Et 10, demùm ac 11. Borealis & auſtralis Fenningiæ: *Quæ ante annos 200, primùm vota in Comitijs & Rege eligendo*

obti-

obtinuit. His Regem ſuo & ſociorum nomine decernere competebat; indigenam, non extraneum, & ſi fieri potuit, regiâ ſtirpe oriundum; qui regno præeſſet, juſtitiam adminiſtraret, pacemq; tueretur.

Quanquam autem priſci iſti electores hereditarii non fuerint; prout neq; moderni Legiferi: Nonnunquam tamen & filius & nepos, adiuvantibus propriis meritis, in hanc dignitatem ſucceſſerunt. Ita R. Olai Skotkonung tempore Legifer Uplandiæ fuit Torgny; qui & R. Ericum victorioſum viderat. Is patrem eiuſdem nominis, R. Biörnonis tempeſtate florentem: Avumq; paternum, itidem cognominem, & utrumq; in officio prædeceſſorem habuit. Non aliter ac noſtro ævo Drotzeti munus illuſt: familiæ Brahe/ ſine hereditario iure, adhæſit: in illuſt: Com: Petro BRahe ſeniore, eius filio Com: Magno; Et nunc (utinam diu & feliciter) in nepote Illuſt: Comit: PETRO BRAhe &c viget.

Magna verò electorum ſeu Legiferorum tùm fuit Authoritas & potentia; ſicut enim horum erat populo, ſecundum peculiaria cujuſq; provinciæ jura, juſtitiam adminiſtrare, ſuoſq; adverſus injuſtitiam defendere: Ita viciſſim populus Legifero adverſus vim quamcunq; aderat, & in bellum euntem, non ſecùs ac ducem ſuum ſequebatur. Nec multum diſſimile eſt, quod *Ambiorix apud Cæſ: l. 5. de bell: Gall:* refert: *Ejuſmodi eſſe P:pum imperia, ut non minus in ipſos jurìs*

vis multitudo quàm ipsi in multitudinem habue-rint. Ubi multitudinis nomine non ipsum vulgus, sed consilium cujusq; gentis primorum intelligi monet *Grotius de antiq: reip: Batav.* quod & varijs exemplis comprobat. At quanta hîc fuerit Legiferorum, etiam adversùs Regem, duriùs præsertim & iniquè imperantem, authoritas, Sturleson exemplo prædicti Torgny edocet. Qui potentissi: R. Olaum Skotk. nolentem volentem, ad pacem cum R. Norveg: S. Olao sanciendam, ejq; filiam nuptum dandam, suffragante populo, coëgit. Ita & *Emundus Westg: Legifer* eundem R. Olaum Skotk: è solio dejecisset; nisi trium fratrum consiliariorum Regis, Arwid/ Friwid & Torwid/ insignis prudentia ac fides obstitisset, impetumq; avertisset. Sic contra R. Birgerum fratricidam, propalato facinore, D. Matthias Ketelmundi, ex familiâ Swarte (inter majores D. Thuronis Jönsson) Uplandos; D. Carolus de Tofftа (ex Sparreorum familiâ) Smolandos; D. Birgerus (è familiâ Brahe/ qui LL: Uplandicas condidit, à quo nonus est R. Drotzetus Comit. PETRVS Brahe &c præses) Westgothos duxerunt, Regemq; regno expulerunt. Eli-

Eligebantur tales Legiferi, olim, à populo, confirmabantur à Rege; hoc modo. Ubi provincia Legiferum desideravit, indictus est provincialium conventús, post 8. hebdomadas celebrandus, priori ævo à primate provinciæ, postquam florere cæpit Christiana religio, à Diœceseos Episcopo. Cumq; jam provinciæ istius incolæ confluerent, Episcop⁹ loci duos secum clericorum nomine assumpsit. Populus deinceps sex Aulicos, totidemq; rusticos elegit. Qui duodecim, unâ cum clericis, tres ex eâdem provinciâ nominârunt, quibus, & coràm DEO & in conscientiâ tuti esse possent, provinciæ optimè consultum iri. Ex tribus hisce Rex vicissim unum nominavit, juxta divinam suggestionem, quem sz: provinciæ utilissimum intellexit. Ita electus in hæc verba juravit. *In judicijs ll:s & jura sum sequuturus, nec unquam contra conscientiam depravaturus; nec injustitiam aut iniquitatem admissurus, timore aut favore, vel amore aut avaritiâ, invidiâ, propinquitate vel amicitiâ seductus aut unquam iniquam sententiam laturus:* Ita me DEUS adjuvet! Inter ultimos pri-

sco

ſco hoc ritu, à talibus Electoribus ritè electu in hiſtorijs reperitur *R. Magnus Erici, III.* ejus nominis, qui vulgo Smeek agnominatur, tertio ætatis ſuæ anno: Idq; authoritate, conſilio & ope D. Matthiæ Ketelmundi regni primatis, & poſtea regij Tutoris laudatiſſimi, An: Chr: 1319. Et R. Carolus Canuti 8. ejus nominis ut ſupra innuebatur. Exinde enim antiqua electionis forma minus obſervata eſt. *Quippe cum Reges exteri à dejectione illius R. Magni, nunc Holmiæ, nunc Calmariæ, nunc alibi electi fuerint: Nunc etiam nullâ præeunte legitimâ electione, paucorum adjutâ factione, per cuniculos ſeſe intruſerint.* Prout de ſingulis infrà lib. 9, patebit.

CAP. V. *De Abrogatione Electionis & noviſſimo ac moderno Regem conſtituendi modo.*

CEntum & Sexaginta fermè annis, ſub exterorum (contra ll:s patrias) preſſurâ, tyrannide, ſchiſmatibus atq; tumultibus exactis, novus ante ſeculum, & quod excurrit, Regis conſtituendi modus, ſaluberrimo conſilio introductus, magno imperij re-

gni,

gnicolarumq; bono, etiamnum continua-
tur. Nimirùm ut ob merita Gustavi I.mi
nec minùs ut fluctibus, diffidijs atq; tumul-
tibus, quæ electionem comitari solent, pa-
tria liberaretur; ex posteris ejusdem & lau-
datissimâ familiâ Gustavianâ, quamdiu ul-
lus superesset, Rex hereditario jure succede-
ret ac crearetur. Cumq; Regi plures fue-
rint filij natu maximus in sceptra succede-
ret, hujusq; filius patruo suo præferretur:
cæteris verò filijs reg: certi Ducatus decer-
nerentur. Filiabus autem honesta ijsq; di-
gna sustentatio. Et nubentibus dos 100000.
thalerorum, ex speciali ordinum contribu-
tione, penderetur. Prout tenor unionis he-
reditariæ, quæ diversis lingvis edita in mul-
torum manibus reperitur, pleniùs idipsum
exprimit. Hereditarium illud jus, primò
in Comitijs Örebroensibus, circa initium
anni 1540. à Regni Senatu, & præcipuis or-
dinis equestris, R. Gustavo I.mo ejusq; poste-
ris assertum; quadriennio post Arosiæ, 13.
Januarij, unanimi & libero ordinum Regni
& primariæ nobilitatis Sveciæ, consensu
suffragio atq; decreto corroboratum fuit.
Juxta

Juxta quam UNIONEM hereditariam Corona Regni, mortuo Gustavo I.^{o} ejus filio primogenito R. Erico 14.to est demandata; Eo verò deposito & jus amittente, fratri. R. Johanni 3.^{tio}, cui filius primogenitus Sigismundus Poloniæ Rex, eodem jure successit. Sed & huic gravib⁹ de causis, (quas unà cum Stocholmensi 1599. etiam comitiale Decretũ Lincopense de anno 1600. aperit,) corona derogata est; Et unio hereditaria renovata, atq; ad R. Carolum 9.^{num}, tertium Gustavi I.^{mi} filium, ejusq; posteros restricta fuit, Norcopiæ Anno 1604. quod in ipso Decreto Norcopensi fusiùs exponitur. Tandemq, anno 1627. Ab ijsdem Regni ordinibus, Senatoribus, Comitibus, Baronibus, Episcopis, Nobilibus & Clericis, militibus, urbicis & promiscuæ multitudinis delegatis, ad Neptem ejusdem R. Caroli IX. & R. Gustavi Adolphi M. filiam unicam, *Serenissimam atq; Celsissimam P:pem ac* DOMINAM D: CHRISTINAM, Suecorum, Gothorum, Vandalorumq; Principem hereditariam &c. nominatim est applicata; eaq; novo, in hoc sexu, exemplo 14. Martij ejus-

N dem

dem anni 1627. Regni heres, feliciſſimo auſpicio, proclamata eſt: Quæ nunc (utinam diu & feliciter) rerum potitur. Quanquã autem ita jam ultra ſeculum Reges hereditario jure in ſceptra ſucceſſerint; Attamen declaratio quædam Ordinum Regni in publicis Comitijs facta, ſucceſſoris adminiſtrationem ſemper præceſſit. Ita Guſtavi I.mi Filius Ericus, licet anteà in hereditariâ unione 13. Jan. 1544. expreſſo nomine deſignatus Rex; in Comitijs tamen Holmenſibus Año Chr. 1560. proximo ante parentis obitum anno, Rex denuò declaratus eſt. Et Guſtavus Adolphus, quamvis in decreto Norcopenſi expreſſè nominatus, mortuo Patre, R. Carolo, anno 1611. Nycopiæ ab ordinib9, anno ætatis ſuæ 18 Rex deſignatus; plenam regiminis poteſtatem, omnium ordinum unanimi voto & congratulatione, fauſto omine, ſuſcepit. Nec non potentiſſima Regina CHRISTINA moderna, etſi año Chriſti, uti dictum, 1627. publico Comitiali Decreto, Regina hereditaria deſignata, à morte in glorioſiſſimâ victorioſiſſimi parẽtis in Comitijs Holmenſibus 14. Martij 1633. eadem repetita ſunt; ubi omnes Coronæ

Sueciæ ſubditi firmiſſimo fidei & obligationis vinculo ſe eidem rurſus obſtrinxerunt. Atq; hæc de noviſſimo Regis conſtituendi modo, hereditariâ nimirum ſucceſſione.

CAP. VI. *De Coronationis Solennibus.*

ETſi Coronationis ſolennitates & inaugurationis ceremoniæ Regem non faciant, nec adminiſtrationi Regni ſimpliciter neceſſariæ ſint; Nam & olim legitimi Reges fuere, cum tales ceremoniæ vel nullæ, vel (certè) parciùs adhibitæ; præſtito ſaltem reciprocè juramento; prout dicitur c. 4. §. 9. Kong: B. L. L. Veluti & hodiè legitimus heres declaratus & unanimi ordinum conſenſu deſignatus Rex, præſtitâ ſubditis ſufficienti aſſecuratione, regiâ poteſtate fruitur, nomen & authoritatem, etiam ante coronationem, habet, quod exemplo R. Caroli IX. qui ſeptimo, & R. Guſtavi M. qui ſexto demùm anno, poſtquam regnum ſuſceperunt, coronati ſunt: & nunc Sereniſſimæ Reginæ CHRISTINÆ modernæ manifeſtum eſt: Attamen, quoniam & inter alias melioris notæ gentes, & in ipſo

 Dei

Dei populo, unctio atq; coronatio novi Regis adhibita, nec parum ad decus tanti faſtigij ſolennitas ejuſcemodi addat; apud Sueo-Gothos etiam non immeritò celebratur. Illa primis temporibus, uti dictum, parcior erat; *Iurejurando* primitùs; & deinceps *Coronæ* impoſitione, gratulationibus, *Feudorum diſtributione*, atq; *diætâ* contenta. Poſterioribus ſeculis, noſtro ævo & moribus, ſatis pompoſâ frequentata eſt; Prout Rev. p. m. Paulinus, aliquoties αὐτόπτης, annotavit, hoc ferè modo: Coronationis ſolennitas 3. actibus abſolvitur. 1. FIT PROCESSUS ex Regiâ Ubſalenſi in templum cathedrale, ubi inauguratio peragi conſuevit. Viam utrinq; inter arcem & delubrum, equitatus regius & Illuſtrium munit: per quam, veluti plateam, proceditur.

Præcedunt præcones duo; quos tubicines cum æneis tympanis ſeqvuntur. Hos Marſchalcus aulicus, cum illuſtribus, aulicis & nobilibus exoticis, in illuſtre collegium non dum inſertis, ternis ac ternis procedētib9. *Deinde* Marſch: provincialis *ſeu* Nob: *quem* Comites, Barones & Nobiles *in illuſtre collegium relati comitantur, terni ac terni: inferiores præcedunt; ſuperiores ſeqvuntur. juxta p. 24. de illuſt: colleg:*

In

In tertio ordine duo viciſſim præcones; poſt hos tubicines, geminumq; tympanum æneum, REGNI MARSCHALCUM baculo inſtructum præcedunt; *Senatores Regni*, bini ac bini inſeqvuntur; Poſteaq; *Archiepiſcopus, cornu oleiferū portans, & demùm Regalia* geſtantes, *Regni Senatores Supremi, Coronā Drotzetus, Gladium Marſchus, Sceptrum Ammiralius; pomum ſeu globum aureum Cancellarius; Clavem Theſaurarius* præfert. Drotzetus & Marſch⁹ Regē proximè antecedunt; & ita conſequentèr. Tandem REX, quē tegmen holoſericū à 4.vor ex præcipuâ nobilitate geſtatū tegit, Sonipedi inſidens progreditur. Latera utrinq; ſtipant ſatellites & corporis cuſtodes, bipennibus alijſq; armis inſtructi. Regem conſeqvūtur, qui adſūt Reges exteri, & P:pes eorumq; legati: Quos ingens comitatur miniſtrorū caterva. *Hinc Reginæ Marſchalcus aulicus, cū ſextuplici nobiliū ordine, ternis ac ternis paritèr procedentibus, inſequitur; Quos excipiunt currus* REGINAM atq; DUCISSAS *vehentes.* Gynicæum verò earundem immediatè ſubſe-

 quis

quitur. Similitèr COMITISSÆ, reliquæq; illustres Dominæ ac virgines, quotquot tùm præsentes fuerint, seqvuntur.

Regem ita ad cathedralis Templi valvas deductum, ubi Episcopi & Superintendentes præstolantur, & Regni Proceres cum Regalibus subsistunt, unus Episcoporū hisce verbis excipit: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Alius verò felicia cuncta comprecando, peculiari voto & precationis formulâ, in hunc usum conceptâ, gratulatur.

Deinceps Episcopi & Superintendentes; R. Senatum ad altare usq; in templum præcedunt; ubi utrinq; subsistunt. Regalia verò altari imponuntur: REGE, REGINÂ, Pp:bus atq; Ducissis &c. singulis sua subsellia occupantibus*.

II. Inauguratio ipsa in tēplo sic peragi solet.

1. Archiepiscopus è suggestu textum S. Scripturæ, huic solennitati congruum, exponit: Et finitâ concione *Symbolum Christianæ fidei*, Svetico idiomate, concinitur. Adeoq; *Litania* cum alijs congruentibus precationib9 ab uno Episcoporum recitantur. 2. Quib9 præmissis, Rex è suis subsellijs ad altare deduci-

ducitur: præcedentibus cum suis baculis Marschalcis. *Regis* autem utrinq; latus *Drotzetus* & *Cancellarius* stipant. Hic Archi-Episcopus Ubsalensis inaugurationis actum, hisce ceremonijs, persequitur. *Primò Chlamyde*, unà cum dictis duobus proceribus, Regem circumdat. *Secundò* Regem flexis genibus coràm altari precatum, oleo è cornu deprompto, inungit; frontem sz: atq; lacertos; additâ precationis formulâ convenienti. *Tertiò Regni Cancellarius* juramentum Regi recitat; extensâ manu digitisq; sonorâ voce præstandum. *Quartò* REX coràm altari solium conscendit; Et *Archi-Episcopus* coronam, auro gemmisq; fulgentem, regio capiti aptat: congruam iterum orationem recitans. *Quintò*, sceptrum porrigitur. *Sextò*, aureum pomum. *Septimò*, clavis & *Octavò* Ensis, adaptatâ singulis devotâ precatione.

3. Tùm unus præconum, stentoreâ voce, exclamat; Nu är Swea och Götha Konung Crönt. *i. e. Nunc Coronatus est R. N. in Svecia & Gothiæ Regem,*

lib. V

gem, & nullus alius. Totusq; cœtus sublatâ voce respondet: Vivat & floreat Rex in perpetuum (*Antiquitùs acclamârunt* Swå gatiul som goder *conf:* c.3. Kunūgz B. §.3. Upl:L. *ad fin:*) 4. REX sceptrum in manu, Coronam in capite retinet; cætera *Regalia Senatoribus*, qui antea gestârunt, reddit; Ab altari in suum subsellium regrediens. Ubi Regalia coram ipso tenentur, dùm Psalmus Davidicus 20. *Exaudiet te Dominus in die tribulationis &c. Sveticè concinitur.*

III. Processus è choro, in ipsum templum sic vicissim instituitur, *Rex á Drotzeto & Cancellario* in thronum deducitur, ubi solium occupat. Marschalchi & Regalia procedunt; unà cum Regni insignibus; nec non & insignia provinciarum, quas Rex in feuda concedere decrevit, in thronum afferuntur. Hic Rex ea distribuit, Regni insignia manu tenens: Vasalli autem capulum insignium generalium dextrâ apprehendunt; Suorum verò feudorum sinistrâ. Deinde Marsch9 Regni cum generalibus regni insignibus ad dextram,

Va-

Vasalli cum suis ad sinistram, infra throni gradus, concedunt. Et Regni Senatores, p: præconem evocati, ordine singuli, quoad aliquis supersit, procedent; genibus innixi, corporale juramentum, quod c. 8. Kong: B. ff. extat, nonnihil amplificatum, prout illis prælegitur, præstituri: Indeq; Rex singulis dextram porrigit. Et posteà in stationem suam quiq; recedunt. Quibus omnibus peractis, Musici, *Te DEum laudamus* &c. Suetice intonant: Rex throno descendens ê templo in Regiam, eodem quo antea venerat processu & ordine, revertitur: Nisi quod Marschus, cum universalibus Regni insignibus, Regem immediatè subsequatur. Intereà missilia inter vulgus, aurum & argentum, sparguntur; Epulumq; seu convivium regiâ magnificentiâ præparatum est, quo omnes præsentes excipiuntur. Vinumq; ad satietatem funditur & fluit. Omniaq; jubilis & lætitiâ personant.

Seqventi die ordines in arce conveniunt & Regi elevatâ manu & extensis digitis jurant, illust: & Nobiles equis insidentes; urbici & rustici stantes, ut sequenti capite attingetur.

N 5 Anti-

ANtiquitùs etiam receptum erat, sub coronatione regiâ, carceres aperire, & delictorum impunitate maleficis concedere, nisi enormia nimis facinora commiserint; ut videre est ex antiquissimis ll:bus VVestgothorum; Råtlösabolker: B. scal trim mannum frid giua/ them æt eig hawa niding3 wärk giordt.

EKisca insuper est consvetudo, ut post inaugurationem Rex circumeat regnum, (Eriksgatu sina rijda/ i.est obequitare plateã Erici) Ericæa Platea dicitur, sive ab Erico I. sive alio eius nominis; qui primus regnum ita obequitavit. Sive à S. Erico eius nominis 9:no qui, ut de multis aliis, ita fortassis de hâc quoq; certas ll:s præscripsit; nimirum ut solis cursum imitando ab oriente occidentem versus institueretur, Uplandi salvo conductu, ad Sudermannos, hi ad Ostrogothos, qui ad Smolandos, ut illi ad VVestgothos, qui vicissim ad Nerikianos, ut hi ad VVestmannos, qui rursum ad Uplandos, eadem lege & hi Ubsaliam Regem salvum reducerent. Prout Cap. 6. Kong B. LL. pleniùs exprimitur. Causa hujus circuitionis erat, ut Rex subditos confirmaret de servandâ juramenti fide ipsis præstitâ, alijsq; pactis mutuis: & subditi de homagio, ut vocant, & juramento Regi præstito fidem facerent; *ut D. Locc. lib. 2. c. 1. de antiqui: Sveo-Goth: cum ipsis ll:bus loquitur, conf: c. 2.* Bol: L. Kong: B. Felicissimam hanc expeditionem postremus suscepit, p. m. R. Carolus IX.nus coronatione suâ, anno 1607. peractâ. Et tantum de Regia constitutione.

Cap.

CAP. VII. *De Ll:bus fundamentalibus*

ANtequam administratio ipsa describatur, nonnihil hic de legibus, administrationis cynosurâ, & quidem ipsis *fundamentalibus* primitùs prælibandum venit. Etsi autem primi majores nostri, ut nullas alias, ita nec fundamentales, scriptis compræhensas leges habuerint; in aliquas tamen certas conditiones jurasse Reges necessum est; Siquidem sub initio regiminis jurâsse constet. Et illæ fuerunt ll.s fundamentales. Nam & in medio paganismo R Grimmerus (circa finem Monarchiæ I. ut chronologi volunt) ob spoliatos Ubsalenses Deos, subditis conniventibus, ferreâ catenâ strangulatus est. Et postea R. VVisbur, occasionem dante avaritiâ, igne periit. R.Domalder, eâdem de causâ, Cereri in holocaustum crematus. R. Gostag, propter rapinas suspensus. Et optimum R. Stenchillum, al: Ericum Ahrsäll 8. quod religionem mutare conaretur, & christianam introducere, populo (quãvis impiè) pia visa est & iusta causa regis è medio tollẽdi, utpote cum contra iusiurandum in coronatione præstitum facere videretur. Omnium igitur primæ imperij ll:s in quas Svec: & Goth: Reges jurârunt, absq; dubio, hæ fuere: *Rex Deos & religionem colat.. Datam fidem servet, neminemq; suorum injustè opprimat. Procerum consilio & salvâ libertate populi regat. Bona coronæ servet; suaq;*

fruiq; reditibus contentus vivat. Regnum tuea-tur, iniquas ll:s non ferat. Quæ paucis verbis in antiquissimo jure Uplandico, compendiosissimè comprehensa, ferè, inveniuntur. c. 1. Kunungz B. §. 2. Landum radha/ och Riki styra/ Logh styrkie och fridh halda. Ex hisce initijs plenior deinceps juris jurandi formula, & ll:m fundamentalium dispositio, post introductam Christianam religionem, enatæ sunt, quæ Cap. 4. Konungz B. L:L. exponuntur. Ubi Rex jurabit. 1. *Pietatem, amorem DEI & orthodoxæ ecclesiæ se haud neglecturum; salvo jure Regis, coronæ & populi.* 2. *Iustitiam & veritatem se amaturum; iniquitatem, injustitiam, omnem falsitatem atq; mendacium, jure ac ll:bus non minus quàm regiâ potestate vindicaturum & oppressurum.* 3. Securitatem & fidem omnibus promittit subditis suis. Nec ullum, pauperem aut divitem, quoad vitam corpus, ejusvè membra, aut bona, nisi legitimè, secundum descriptas ll:s sveticas, convictum atq; damnatum, lædat damnumvè inferat, Nec cuiquam, nisi legitimâ præcedente sententiâ, bona *mobilia vel immobilia auferat, vel eripi sinat.*

ſinat. 4. *Conſilio Senatorum Regni, indigenarum Svecorum, non extraneorum, regnum gubernaturum & recturum: Neq; exoticum in Regni Svecici ſenatum adſciſciturũ: Neq; munitiones aut arces, vel provincias, aut domanium Ubſalenſe, aliave coronæ bona, quæ ab immemoriali tempore coronæ ſubjacuerunt, concrediturum.* 5. *Arces, Regias, & provincias cum annuis earum reditibus ac limitibus defenſurum; Ne quicquam ex illis ſucceſſori decedat: Hic enim recuperandi poteſtatem habebit.* Cum aliàs Regnum in Comitatum ſeu minorem dominatum facilè deficeret. 6. *Regijs Ubſalenſium prædijs, bonis coronæ, & annuis regni reditibus quoad ſuſtentationem ſe contentum fore. Nullaq; regionibus ſuis nova onera impoſiturum;* Niſi hiſce conditionibus: Primò ad externum hoſtem avertendum, paganum aut Chriſtianum: Vel ſeditioſos indigenas compeſcendum: ſi alitèr ſe tueri nequit. Deinde, ſi filio aut filiæ Regis nuptiæ celebrandæ: Aut regia coronatio inſtituenda; vel Ericæa circuitio ſuſcipienda. Aut deniq; Regiæ domus vel prædia ædificanda. In quibus caſibꝰ (olim) Epiſcopi erat cum legifero cujuſvis provinciæ, & ſex ordinis equeſtris, totidemq; ru-

sticis, quantum subsidij Regi à subditis ferri deberet ac posset, inter se ponderare. 7. *Templis sive ecclesijs, clericis & (in papatu) monasterijs, illustribus ac nobilibus, cum eorum hominibus atq; bonis antiquitùs liberis, immunitatem atq; privilegia servaturum: jusq; Svecicum, liberis populi votis atq; consensu receptum, observaturum: confirmaturum ac tuiturum: ne iniqua lex rectæ prævaleat.* Speciatim ne exoticæ ll:s in oppressionem subditorum introducantur, nec ulla lex nova, nisi populi voluntate & consensu condatur. Subditos etiam populumq; suum liberaturum ac præsertim pacificos & qetos qui ll:bus ultrò acquiescunt, tam contra inquietos & perversos patriotas, quàm adversus extraneos defensurum. Singulariter se recordaturum templa atq; judicia frequentantes, ibidem vel in itinere constitutos, adeuntes ac redeuntes, fœmineum sexum, & unumquemq; in suâ domo tutum atq; securum præstare. Quod iuramentum absentibus & præsentibus, natis & nascituris præstatur; & non charos æque ac charos includit. Ut eodem Capite dicitur. Nunc quoq; electivi Reges in religionem Evangelicam, puro

puro DEi verbo, Propheticis & Apostolicis scriptis consonam, Symbolo & Catechesi Lutheri, & invariatâ Confessione Augustanâ comprehensam, nec non concilio Ubsalensi declaratam jurant; juxta unionem hereditar: Regim: formam, aliaq; comitialia decreta. Uti & in leges fundamentales. Quod etiam notavit *p. m. Rev. Paulin: hist: arct: l. 1. c. 36.* Subditorum juramentum seu hominium, quod sub coronatione per legiferos & delegatos præstari solet, adeoq; in circuitione Ericæa repeti, cap. 5. eod. tit. continetur. 1. Jurant, *omnes in Regno Sveciæ habitantes hunc Regem se agnituros, potestatem & regia ejusdem jura stabilituros.* 2. *Rectam obedientiam eidem declaraturos, jussaq; impleturos; quæcunq; coram DEO & hominibus justum est à Rege dari & subditis exequi. Salvis utrinq; juribus, Regis & subditorum.* 3. *Operas Regi personales, officiis & ministeriis præstituros: expeditionibus potissimùm ad regni limites, defensionis gratiâ.* 4. *Reales etiam operas non denegaturos; ut qui antiquitùs tributarij fuerunt, justas & annuas pensiones, sine tergiversatione solvant, transportent, atq; ad locum, juxta Regis*

volun-

voluntatem designatum, & eorum jura, perferant. Quod iuramentum pariter iuvenes & senes, natos & nascituros, acceptos & non acceptos, absentes & præsentes stringit. Plura, leges fundamentales de regno administrando & jus publicum concernentia, in A. Regiminis formâ & comitialibus decretis inveniuntur.

CAP. VIII. *De Legibus merè Civilibus & jure privato.*

Populus Sveo-Gothicus primis quidē temporibus nullis utebatur legibus, nisi quas natura & honestas insculpserant; Sed Reges, quorum placita pro ll.bus erant, omnia manu quasi gubernârunt. *Plusq; tùm apud hosce valuerunt boni mores, quàm alibi bonæ ll:s* ut Tacit. loquitur. Postea pedetentim quod Rex cum consensu populi decrevit, legis habuit vigorem. Ita R. Amundus II. delicta ædium exustione pro arbitrio mulctavit; unde Kålabrännare i. e. carbonarius audit. Quæ lex, ut minus rationabilis, diu servata non fuit. Sed quæ meliori nitebantur ratione, prisco ævo non tàm literis quàm memoriæ, veluti & apud Lacedæmonios, commendabantur. Antiquitatem verò maximam legum, quibus nostrates hos

hodièq; utuntur, arguit, inter alia, confirmatio R. Birgeri, qui quarto abhinc seculo jus Uplandicum compilari fecit; ubi ll:m vetustatem se venerari fatetur. Fuerunt leges istæ, sicuti nec adhuc multitudine laboram9, paucissimæ, brevissimæ & valdè concisæ; ut quæ adhuc dum extant, veluti *oracula* quædam & *mera acumina* esse deprehendantur. Mentionem facit præfatio ll:m Uplandicarum Legislatoris cujusdam Wiger Spaa/ qui primus tempore Ingieldi Regis in ipso adhuc Ethnicismo Uplandis ll: dederit. Sed & Joh. M. complurium Regum qui leges tulerint, in suâ historiâ, meminit. Utpote Gothorum R. Erici iura dantis & legibus justis populum gubernantis. (hunc anno M, 2014. Chronologi præfuisse tradunt.) Et R. Caroli II. de beneficentiâ & hospitalitate præcipientis; nimirum ut ædes, usum earundem viatori denegātis, incendio consumerentur. R. Gothari, leges non nisi procerum populiq; consensu condentis. R. Algothi, leges in precio habentis & condentis. Item R. Erici qui ll:s, aliquamdiu inter arma silentes, resuscitavit: iisq; animos Suecorum & Gothorum conglutinare conatus est. R. Algothi II. leges humanitate plenas, oleo potiùs quàm sangvine notatas, sancientis. R. Haquini 4. cogn: Rufi, legum servandarum studiosissimi. Ita & R. Stenchillus II. qui & CHristo nomen dederat, optimas ll:s promulgavit. Et R. Ingo 5. ll:m observantiâ atq; æquitate nemini superiorum cedens, saxa ignominiæ, ab adulterâ gestanda (Wijst B. St. L. c. 10. p. 2. vid: Ol: M. l, 6, c, 18. & lib. 14. c. 16.) introduxisse fertur.

Omnium autem consensu eximius legisla-tor extitit *S. Ericus R.* ejus nominis IX. cujus ll.[s] etiam in legisterio nostro passim citantur; Gifft B.L:L. c. 5. &c. Ejusq; vestigia filius R. Carolus 7. & nepos Ericus 10. secuti sunt. Nec parum hâc etiam in re præstitit illust P:ps Birgerus Jerl/ Reg: Waldemari & Magni Ladulåås parens. Quorum hunc non minorem curam in optimatum ll:[m] sanctione posuisse in aprico est. Ex istâ legum sparsim traditarum varietate, filius R. Birgerus, operâ prudentissimi simulac generosiss: viri *D. Birgeri* Petri, divæ Brigittæ parentis, jus Uplandicum in unum corpus digeri fecit; Adiuvantibus aliis 12. prudentibus viris; M. Andreâ, Præposito Ubsalensi; Dn. Rödh Kiäldarsson/ Dn. Benedicto Boson/ Ulwer Laghmandsson/ Haghbarder de Sunderby/ Andres de Förekarlaby/ Torsten de Sambrom/ Ex Attundriâ; D. Philippo de Runby/ Hakun Laghmadher/ Aßkil Skiälgi/ Sighurder Domari/ Jowan Gasaboger. E Fiedrundriâ; Ulwer de ödhnistum/ Göthrikter & Ulwidin Judicibus. Convocatisq; omnibus cordatioribus viris trium Folchlandiarum, præsidibus atq; iudicibus Leges istæ probatæ sunt. Omnibus quippe diligentèr perpensis, superflua prius dicti amputârunt, deficientia suppleverunt, cunctaq; cœlesti favore in justam consonantiam redegerunt

gerunt. Quod impletum est anno à nato Salvatore Ch. 1295. Sed cum diversarum provinciarum, præter istas *Uplandicas*, diversæ etiam extiterint leges; utpote *Ostgothicæ* ann: 1168. à R. Canuto S. Erici filio, posteaq; à D. Birgero Jerl/ ann: 1251. & 1260. revisæ, correctæ & confirmatæ, quæ etiam nunc typis excusæ sunt; *Sudermannicæ, Westgothicæ* (*quas D. Olaus Wormius in rerum naturâ dari gratis dubitat; de limit: Svec: & Dan: cùm variæ earum exempla, unà cum allegatis à Messenio, quem immeritò hìc vellicat, à quamplurimis visa sint, quotidiè legantur, & jam jam, si opus sit, monstrari possint:*) Quæ etiam valdè sunt antiquæ, à paganismo quoq; originem repetentes; Prout ex titulo de Westgothiæ Legiferis, qui antepenultimus est in meo M.S. manifestum evadit, ubi hæc habentur. Här hittis nampn dera/ ær Wæstragiötlandz Lagh giördo ok framförde. Fyrsti war Lumbær/ ok aff hanum æru Lumslagh kallad/ förety at han segs hafwa hurat ok giordt en mykin lot aff Lagum warum: han war födder i Vagum/ ok ter ligger han i enom Kolle; förety at war han heden. i. est. Hic inveniuntur nomina eorum qui VVestgothiæ ll. fecerunt & proposuerunt. Primus erat Lumberus. & ab ipso Lumbi Leges dictæ sunt: quia dicitur meditatus & condidisse magnam partem llgum nostrarum. Hic natus erat in VVagum, ibiq; tumulatus in colle; quippe paganus fuit.

 Item

Lib V

Item *Wesmannicæ*, *Helsingicæ*, *Ölandicæ*, *Smolandicæ*, *Wermelandicæ*, *Nerikianæ* & *Fennicæ*, aliarumq; regionum propriæ leges fuere. Quas diversas constitutiones, leges speciales, juraq; municipalia, in diversa dispersas volumina, Rex Suec: Goth: Dan: & Norveg: Christopherus Com: Palat: Rheni & Bavariæ Dux &c. ad instantem Senatorum Regni Suec: Nobilium, militum & militarium petitionem, operâ Archiep. Ubs: *Dn. Nicolai Ragvaldi*, ejusq; suffraganeorum, ex istâ varietate jus commune in unum legisterium, quo hodièq, utimur, compilari permisit, suâq; authoritate Regiâ anno Chr. 1452. confirmavit. Prout primum mandato R. Caroli IX. deinde & R. Gustavi M. & nunc quoq; Potentissimæ Reginæ CHRISTINÆ &c. typis nitidissimis, unà cum Uplandico, Ostgothico & Helsingico jure, propter antiquitatem, sæpiùs lucem aspexit.

Distinguitur hoc legisterium in suos titulos, Suet. Balker; sive quod olim lignis seu trabib9 & tignis inscriberentur ll:s vel quod hisce titulis tanquam sepimentis atq; repagulis *materiæ distinguerentur*; Balka enim

tra-

trabibus separare denotat. Et *Primo tit: de Ll:bus fundamentalib. & jure Regni; Rege scilicet constituendo, regnoq; & justitiâ administrandis; juribus Majestatis & quæ pœna sit læsæ; de lustratione armorum & equitum; Privilegijs nobilium, hospitijs seu tabernis in vijs publicis; violentis grassatoribus & similibus agitur. Postea de conjugio pudicè & legitimè ineundo, intemeratèq; servando; quid sanctissimum hoc vinculum consequatur, quid dissolvat; Quid juris conjugibus invicem alteri in alterius bona, & quomodo ea post mortem dividenda, &c. Specialiùs adhuc, de hereditate ercis cundâ & ritè adeundâ; Dehinc de rebus immobilibus & mobilibus earumq; acquisitione, dominio, possessione & usu, de finibus regundis, terminis ponendis; agris, pratis, sylvis, aquis, ritè usucapiendis: Legitimeq; sine damno vicini ædificando.* Tùm *de emptione-venditione, locato-conducto, mutuo, pignoribus, cæterisq; contractibus.* Inde sequitur *tit. de judicijs & actionibus, deq; exceptionibus, judicibus, partibus litigantibus, testibus &c.* Insuper *de violato,* uti vocatur, *juramento Regis,* i. est. gravioribus injurijs. *Et consequentèr de enormibus delictis: ut patriæ proditoribus, parricidis & publicis criminibus. Et*

 ulte-

ulterius de homicidijs & pulsationibus ac vulneratione, voluntarijs & casualibus. Deniq; *de furibus, rebus inventis, atq; aleatoribus.* Et ultimò *de S. S. Ecclesijs; Personis & rebus ecclesiasticis, clericorum reditibus, baptismate, cœna Dni, sepulturâ &c.* Unde quid jus Suec: antiq: in tantâ brevitate contineat, quasi in typo, intueri licet.

Ad II.^s & jura spectant ordinantia ecclesiastica, ex jure divino potissimùm desumpta; Decreta comitiorum, aliæq; politicæ constitutiones; ut ordinantia cum processu judiciario & similia.

Sunt & specialia jura urbibus, II.^s municipales Stadz Lagh dictæ: ubi tituli titulis jur: prov. respondent; Adeoq; & novella hic ordinantia civitatum, de negotiationibus 1617. & plura utilia statuta.

Militibus in expeditionibus & castris, sui sunt Articuli militares; Nautis, nautici; ut Academicis, Academicæ constitutiones. Item de rebus metallicis. Atq; hæc de II.^bus

Cap. 9.

JUstitiæ administratio jam à multis retrò seculis, vel in ipso paganismo, uti adhuc, per legiferos potissimùm, (de quibus suprà c.4.) & judices territoriales (Suet: Håred; Höffdingar) fieri consuevit. Hi sic olim eligebantur;

Legifer conventum, post mensem habendum, in loco territorij ordinario, (Svet: å rått tan Tingsdagh) intimavit. Hîc territoriales, 12. viros designárunt; Legifero tertio-decimo manente. Qui 13. tres ex territorij inhabitatoribus Regi nominárunt, ut maximè idoneum confirmaret. Rege autem extra fines Regni constituto, præsidem territorij Vicarius Regis, sive cui hoc commissum, constituit. Juramentum verò idem quod Legifero præstandum venit. At iniquè vel imperitè iudicans mulctatur, iuxta c. 38. de iudiciis (Tingm:B.) & 25. eod. Sin donis se corrumpi passus fuerit, 40. marcis mulctatus ignominiosè deponi, nec restitui, meretur. Vnus pluribus territoriis, ut territorialis præses, præesse nequit. Ipsi verò tertia ex mulctis & reditibus, territorio competentibus, cedit. c. 4. eod: tit. Tenetur is, diebus iudicii ordinariis, in competenti loco adesse, vel eius vicarius, aut 3bus marcis mulctabitur. c.5. eodem tit.

Lib V

Coram isthoc Territorij præside & 12. Scabinis; sive assessoribus nominatis (*Suet: enim* Nämbd *dicuntur à* nämpna *i. est. nominare: quòd olim in quovis conventu territoriali 12. nominarentur qui causas dirimerent,* Huns darisnämd Kunungz B. Bpl: L. *c. 6. vel à partibus litigantibus sex utrinq; nominati sunt, qui litem finirent, c. 9. §. 5. eod. tit.*) *Prima* ruri *instantia* est; & sententia suetice impartienda; cap. 11. §. 1. Tingm: B. Hinc ad judicem provincialem fit appellatio.

Tempus celebrandi judicij territorialis injunctum est, dies profestus non festus; idq; vel inter feriam vigesimam nat: Chr. & tempus jejunij seu Sexagesimæ; vel inter Valpurgis, i. est Cal. Maij & festum S. Joh. vel inter festum Mich: Archang: & Domin: 1. Adventus. c. 8. Ting: B. Legifero semel quotannis, (nisi necessitas frequentiùs requirat;) judicium in provinciâ exercendum. c. 1. Tingm: B. Ab hoc ad Regem ejusve vicarios & deputatos appellatio concessa erat. Qui pariter quolibet anno in quâvis provinciâ judicium (Landz Ting) exercere tenebatur. Item Rättare-Ting i. est correctorium judicium;

um; à Rätta i. est corrigere. Nec non Reffsteting: vel à Räffsa i. est antiq: mulctare; vel, ut nunc usitatius, residuum, seu quod restat exigere. De hoc judicio habendo intimandum erat, 6. hebdomadis antequam instituéretur, vel per Regē ipsum, vel vicarios (c. 40. Tingm: B.) Et Acturus Reum 14. diebus ab intimatione factâ, citaturus: Qui, si non comparuerat, nec idoneâ excusatione usus fuerat, sententia, non secus ac in præsentem, lata est. ib. §. 1. In istis etiam conventibus Rex expeditiones indixit. (Böoleding.) Talia fuere Ubsalense judicium (Upsala Ting) circa plenilunium febr. solēni sacrificio Göjæ, pro victoriâ consequendâ, in paganismo celebre: Unde adhuc mensi nomē (Göyemânat) manet. Eodēq; tempore quotañis nundinæ Disanæ (Dißting quasi Disæ judicium;) frequentantur. Disam illam eximiam iustitiæ fautricem, alii Thoronis coniugem, ut Friggam Othini, faciunt: Ab illâ tertius 7:manæ dies Tijßdagh/ ut ab hâc quintus Freedagh/ dicitur.
Postea in memoriam R. S. Erici Ubsalense judicium, sub ejusdem festo, sz: 19 Maij, celebratum est. Item *Stregnense* judicium, Samting à samna/ i. est colligere, convocare,

proximâ die à festo *Scholasticæ* in febr. *Lincopiæ*, proximâ die lunæ à feriâ 20, nat: Christi. *Wexioniæ*, die proximâ à S. Sigfridi, i. est, 16. febr. In *Oelandiâ*, circa festum S. Johannis; nimirum die lunæ proximè sequenti. *Scaris*, die Assumptionis proximo; In Tingswalla (i. est judicij campo) die lunæ proximo à dominica *Reminiscere*. *Oerebroæ*, die sequenti post festum S. Henrici. *Arosiæ*, die proximâ post F. Nat: Mariæ. *Aboæ*, proximâ luce à F. S. Henrici. Quod si Rex ipse, huic in Fenningiâ, interesse nequiverat; vicem obivit loci Episcopus, cum 2.bus Capitularibus; Legifer cum duobus R. Senatoribus, alijsve bonis illustribus personis, ab Episcopo & Legifero, è singulis territorijs assumptis, Ita ut clerici ecclesiastica, laici secularia deciderent. Hinc M. Ad: Brem: in Sueon: Concilio populorum, communitèr Ting vocatur, Episcopos interesse non renuunt. Istis etiam 12. Scabini seu Nemdarij (& nominati judices) regij, Konungznämd/accesserunt: quibus juxta c. 35. Kon: B. LL. Juramentum etiam solennitèr præstandum fuit. Videlicet *se neminem insontem sontem pronunciaturos, secundum conscientiam*

tiam & rationem divinitùs concessam; *neq; ob consangvinitatem, affinitatem aut ullum privatum affectum, officium se neglecturos* jurârunt. Et ab hoc judicio, nulla ampliùs dabatur appellatio. Sic in provincijs & ruri administratio fuit.

In Urbibus à 4. Coss. & 24. Senatoribus urbicis justitia administrata est; *illi Cal. Maij, in festo Valpurgis*, vel secundum quædam antiquiora legisteria, in *festo S. Nicolai*, à Consulibus & senatoribus reliquis, ante 8. diem electi, per prætorem proclamati fuerunt. Eorum juramentum hoc erat: *Ut Regi fidelitatem se præstituros; in judicijs omnibus, inter pauperes ac divites paritèr justitiam sequuturos, & nunquam ll:s ac jura contra conscientiam perversuros, aut in pravum sensum detorturos: Non ob metum aut avaritiam, odium, invidiam, aut inimicitias, neq; sangvinis nexum vel amicitias, iniquè judicaturos sponderent.* Ita sibi DEUM propitium precati, ut verum dicerent.

Consules ac Senatores urbiũ, etiã ex indigenis Suecis, non alienigenis, antiquitùs eligendi. Etsi enim temporibus exoticorum regum germani sese intruserint, ut in legisteriis tùm descriptis reperiatur,

atur, consules debere 6. esse; tres Suecos, totidemq; germanos; Senatores 30. 15. Suecos, 15. germ: Præfuerunt per vices annuatim 2. consules & 10. Senatores, dimidia pars, sz. 1. cons & 5. Senatores Sueci, altera pars germani; Ita ut 4.to quolibet anno ordo rediret. Illud tamen ob insolentiam, & horrendam crudelitatem exterorum, de qua Joh. M. l. 21. c. 15. 16. & 17. summãq; iniquitatẽ; ad instantem petitionem plebis, quæ aliàs opem, subsidia & obedientiam Gubernatori & Senatui Regni se denegaturam, & vel cum vitæ ac fortunarum descrimine remedium adhibituram minata est, vicissim correctum. Idq; Regni Senatorum subscriptione & maiori Regni sigillo Holmiæ corroboratum an: 1470. die S. Calixti, cum exercitus R. Christierni I. in monte Brunchonis superatus esset. Imò ne Syndicus, aut Scriba civitatis, nec teloniorium quidem aut excubiarũ, vigore ejusdem diplomatis, & c.2. tit: de reg: jur: municip: extraneus erit.

Consules numero 4: Senatores urbis, 24. ordinariè; quorum dimidia pars quotannis judicijs & publicis negocijs præerat. Semperq; præsidebat prætor regius, quo, vel ejusdem vicario, non præsente, sententiam ferre, vel in judicijs quicquam decernere non licuit. Hic etiam in electione consulum aut Senatorum, si discreparent vota, põdus addidit. Consules, qui isto anno præsidebant, archivi, ubi privilegia urbis, ll: & statuta asservarentur, claves, singuli unam, tenebant. Infe-

Inferius judicium seu Prima instantia sub dio, in foro, ab uno præfecto regio & 2bus Senatoribus urbicis exercebatur; ab his data est appellatio, ad Prætorem, coss. & Senatum; sub arrha 2. solidorum. Ab his verò ad regis sententiam (å Råffsting) Sin, qui sibi videbatur gravatus, provocationem instituere noluit; sed de justè latâ sẽtentiâ confirmari voluit, petijt sibi ex legisterio recitari textum, solutis prætori 2.bus solidis, coss: singulis ejus anni 1. & scribæ 1. Plura de judicijs, tit: de ijsdem, jur: municip: (Rådstuffwu Balken) uti & de negociationibus, optimè constituta habentur, tit: de ijsdem, Köpm: B. & Skipmåla Balken. Antiqua igitur politica administratio, breviter hæc fuit: Rex majoris momenti negocia, ut de bello, pace, LL:bus &c primoribus & Senatoribus perpendẽda proposuit; deliberata ad populum referebantur, (quod vel ex confirm: Legist: R. Birg. ante an: 354. manifestum est) qui, suffragatus vel refragatus est. Rex tandem statuta & stabilita, suâ auctoritate confirmârat. *Cuncta igitur gravioris ponderis, quæ modò felicitèr successere, optimatum consilio*

&

& libero populi consensu gesta fuisse animadvertuntur.

Interim Rex ipse regnum, ut dictum, circumiens, judicia exercuit, casus decidit & controversias, vel ipse vel per vicarios, sustulit, omniaq; ordinavit. Præter Legiferos, de quibus suprà dictum, & armigeros Regni, prisco etiā ævo in usu fuerūt, summa ista hæcq; officia, sz: 1. Drotzeti (quem vulgò Archidapiferum, exemplo germanorum, vocant; qui sicut illis Palatinus Rheni est judex Cæsaris, Aur: Bull: c. 5. § fin. Ita in peculiaribus casibus Drotzetus quæ majestatem concernunt dijudicet; Reg: form: p. 9.) *Hujus inquam, officium est, omnibus judiciis, supra reliquos judices, eâdem potestate, quâ Rex ipse, si adesset, præesse; injustitiam & iniquitatem sistere ac cohibere. Ejq; non secus ac Regi parendum. Et si R. contra pacta & juramēta aliquid admiserit, Drotzeti erit idipsum remonstrare & officii* commonefacere. *Prout totidem ferè verbis, eodem sanè sensu, in Unione R. Erici 13tii 1394. factâ exprimitur.* *Marschi* munus erat *Drotzeto* assistere, justitiam & æquitatem nomine Regis asserendo ac stabiliendo, & quasvis ini-

iniquitates reprimere. Ipse caput militiæ fuit; aliorum tamen bonorum virorum præsentium consilio uti tenebatur. Regi etiam ab antiquo supremus *Cancellarius* affuit, cui *Sigillum Regni* demandatum. In *Assecurat*: R. Eric. 1435. ita habetur. Nos Ericus R. S. Volumus etiam Drotzetum & Marschum in regno constituere, prout cum Senatoribus Regni utile cognoverimus, juxta *antiquas consvetudines &c*. Quod ipsum confirmant literæ Arch: Ubs: Olai; Thomæ Stregn: Episc: Nicolai Göstaffson/ Gottstalck Bengesson/ & Laurentij Ulffson/ Armigerorum Regni &c. ad R. Eric: Pomer. *Ammiralij* officium, apud antiquos disertè nondum reperi; sed videntur ijdem qui terrâ, mari etiã militiæ præfuisse; unde non exiguus defectus & confusio sæpè extitit. Tàm distincta enim munia, ac nunc sunt, olim non fuerunt; hinc etiam orto ex improviso tumultu, remedia invenire & sine cunctatione occurrere difficilius erat. Sæpèq; uni plura commissa, quo vel absente vel negociorum multitudine obruto, insignem prisci Reges defectum in administratione senserunt.

Th

Thesaurarius Regni, tantæ æstimationis ac nunc est, quondam in usu non fuit; cum maximè opimi reditus, Episcopis, Prælatis, monasticis, Vasallis, Legiferis, & præsidibus ac gubernatoribus provinciarum cesserint; solis Ubsalensibus bonis & tenuibus quibusdam, coronæ & Regi relictis. Quorum rationem scriba facilè inire potuit. Senatores Regni & consiliarij Regis, post Christianismum introductum, fuere Archiepiscopus, Ubsal: Regni primas, cæteriq; *Episcopi & Clerici*, quotquot Regi allibuit. Ex equestri ordine 12. Senat: adhibere licuit. Quorum juramentum & officium, partim jam antea descriptum, partim infra pleniùs dispalescit.

Magna verò fuit olim Exactorum seu præfectorum vel prætorum regiorum (*Quos* Konungz *aut* Häredz Fougder/ *nūc vulgò* Upbördzmän *vocamus*) in provincijs potestas. Nec multò minor quàm Toparcharum qui nunc sunt, & Landz Höffdingar dicuntur. Illi quippe judici territoriali in judicijs assidebant imò præsidebant; & simul sententias exequutioni mandabant. Quod solum posterius per ordinant: jud: p. 9. adhuc illis incumbit.

Re-

Regem autem ipsum coràm lites audire ac dirimere, cùm magnam, propter Regn: amplitudinem, difficultatem habeat, ne dicam impossibile sit, oborcis præcipue bellicis tempestatibus; ubi etiam ultra regni fines incendium depellendum atq; restingvendum: R. Ericus 14. superiori seculo, Regium tribunal seu iudicium & Parlamentum fundavit: in quo graviores controversiæ, ad Regem devolvi solitæ, deciderentur, Quod, aliquandiu intermissum, pleniori instructione, ordinatiâ & authoritate, gloriosæ recordationis R. Gust: Adolph: M sub initio imperii sui 1614. Oerebroæ communivit & stabilivit. Unde plura deinceps parlamenta enata sunt; hodiè numero 4. Prout ex seq: cap. pleniùs elucescit.

CAP. X. *De Modernâ reip. administratione.*

QUanquam hodiernus imperij Sueo-Gothici status in quibusdam ab antiquo nonnihil recesserit; in quàm plurimis tamen, & ipsis fundamentalibus, adhuc dum idem manet, altissimæq; antiquitatis vestigia in eo luculentèr intueri licet. *Rex nimirum unus est, cui competit religionem promovere ac defendere; Arces, castra & provincias in potestate habere; Omneq́ jus suum & coronæ, secundum ll:s tueri.* Ipse Dei vicarius est superiorem

 in

in terris non agnoſcens: Leges univerſis & ſingulis condit, etſi cum conſenſu Ephororum, ordinumq́; ſuffragio; Et earundem ſum̃us interpres eſt. Omnium judiciorum ſupremus inſpector ac reviſor eſt. Jus vitæ & necis, juxta ordin: jud: p.26, in fine, habet. Magiſtratus conſtituit & juriſdictionem tribuit. *Pipes, Duces, Comites, Barones, Nobiles, Equites* creat & feuda concedit. *Doctores, Licentiatos, artiumq́ lib: Magiſtros* creandi, per delegatos, poteſtatem facit. Famæ reſtituit. Salvum conductum tribuit. Curſores publicos ordinandi licentiam præſtat. Is, ordinum ſuffragio præmiſſo, bellum indicendi jus habet, pacemq́; ſanciendi. Nec non fœdera pangendi & Legatos mittendi. Rex etiam ſummum ius fiſci obtinet; Armandias, ſeu loca ubi arma cuduntur, privilegiis munit. Jus viæ publicæ, & hanc à latronibus tutam præſtandi, ſummum retinet. Flumina publica, cum ſuis reditibus & portubus, atq; in iis vectigalia diſponendi, pari poteſtate tenet. Cæteraq; vectigalia & tributa, ex ordinum conſenſu, ordinat. Extraordinariaſq; contributiones, exigente neceſſitate, iuxta ll: iniungit. Monetam cudit & cudendi poteſtatem dat. Angarias exigit. Mulctæ partem interdum totam, (Konungs Censak) capit. Arces & Caſtella erigit. Urbes condit, & condendi privilegium concedit. Et in metallicas fodinas ſummum ius habet &c.

Pro-

Proximi Regi in regni administratione sunt *Regni Senatores*, ordinariè numero 25. Quorum est Regem de jure regni admonere; huic & ipsi utilia pro viribus suadere; ordines ac plebem in fide & obedientiâ confirmare; Omniaq́, *ordinariè* vel *extraordinariè* sibi commissa ad dignitatem, & commodum Regis & regni referre ac fidelissimè expedire. Hi quotidiè in Buleuterio cum S. R. M:te consultationes instituunt. Interq́; eos quinq́; præcipuâ authoritate eminent, *Supremi officiales & summi Præsides* dicti, negocia ad suum collegium spectantia, quiq́; cum assessoribus collegialitèr tractantes: salvo jure & praeeminentiæ Regis.

Primum collegium justitiæ; Suec: Hoffrätt dicitur; quò judicialia quævis & casus forenses, vel directè cognitioni Regis subjacentes vel per appellationē huc devolvendæ, spectant. Unde & *Regium judiciū* vocatur. Hic. Protocolla & sententiæ inferiorum iudiciorum revidentur & examinantur; In criminalibus dubiis, vitæ aut necis fit declaratio: Secundum Formæ Regiminis articulum septimum; Nec non à S.R.M datā specialē huius collegii instructionē; Et processum iudiciarum. Huc fiunt appellationes è

Lib. V...

Ducatibus, Comit: Baronatibus, provinciis & urbibus, dummodo causæ valor majoris momenti fuerit, & in processu nominatam summam æquaverit. Hîc læsæ Majestatis crimina dijudicantur; & quæ olim immediatè à Rege in Landz-Räfft & Rättare Ting cognoscebantur, (his enim illud judicium successit.) Item querelæ denegatæ justitiæ ab inferioribus judicibus. Personæ specialibus privilegiis munitæ; Et si qui casus à Senatibus Academicis dirimi nequeunt, hîc finalem sententiam expectant. *Nec ulterior datur provocatio seu appellatio. Datur tamen,* vel per libellum supplicem, vel impetratâ licentiâ à parlamento, apud S. R. M.tem *beneficium revisionis*, numeratâ certâ pecuniæ summâ, quam collegium retinet, sive sententia approbetur, sive reprobetur.

Talia judicia seu parlamenta hodiè *quatvor* sunt, pari potestate & authoritate instructa: Primum, & præcipuum Stockholmense; ubi Drotzetus regni præsidet, cum 16. Assessoribus; 4. Regni Senatoribus; 6. aliis ordinis equestris, & 6. literatis ac jurisperitis. Quibus Secretarius, Fiscalis, Notarius

Cajo X

tarius, Actuarius & Scribæ adſunt. Huic Parlamento ſubiacet Sueciæ Regnum, cum Helſingiâ, Dalekarliâ & borealioribus provinciis. Nec non ſi qui ſpeciali privilegio cæterorum parlamentorum cognitioni eximuntur. Ut Ducatus Æſtiæ, urbes Riga, Revalia. *Secundum Parlamentum* Junecopiæ habetur, cui præſidet unus è regni Senatu; Aſſeſſores ſunt 6. nobiles & totidem alij viri eruditi ac prudentes. Quibus ſuus etiam eſt Secretar: Notar: Fiſc. &c. Huc Gothiæ regnum, cum VVermiâ & Daliâ pertinent.

Tertium Parl: Aboæ eſt in Fenningiâ, Præſidem habens R. Senatorem, Adſeſſ: 6. nobiles: totidemq; alios doctos & cordatos viros; Cum Secret: Notar: & Fiſcal: &c. Huic magnus Fenn: Ducatus, cum utrâq; Careliâ ſubeſt.

Quartum Dorpati in Livoniâ eſt, itidem præſide Regni Senatore gaudens; Aſſeſſoribus 6. ordinis equeſtris & 6. urbicis: Cum Secr: Not: & Fiſcali. Quò referuntur cauſæ ex Livoniâ, generalitèr dictâ, & Ingriâ.

In ſingulis unus primæ claſſis, id eſt, Nobilium, Vice-præſidem agit. Aſſeſſores verò à collegis eliguntur & nominantur, ſex ejuſdem ordinis & conditionis cum prædeceſſore: è quibus Rex unum confirmat.

Legiferi, ſuos etiam habent *Aſſeſſores*

 ſeu

Lib K.

seu Nembdarios, (nec non & vicarios, Svetice Underlagmän) inq; singulis territorijs suarum provinciarū intra triennium judicia exercent, *Prout p. 3. ordinantiæ judiciariæ injungitur.* Quod si neglexerint, gravis mulcta irrogatur, *juxta citatum punctum prædictæ ordinātiæ,* (ut & iudici territoriali, Suet: Häredzhöffding) inter *Regem, actorem & territorium* tripartitò distribuenda: quoties tempus judicij neglexerint. Quam ut & in pari casu, si judicia in urbibus, (Rådstugudaghar) *à Consulibus & Senatu urbico,* per incuriam negligantur, & querela delata fuerit, *Castellani exigent Toparchæ & provinciarum præfecti. Nemo proinde potest in eâdem provinciâ simul Castellanum sive Toparcham & provincialem judicem agere.* Quod p. 27. *Formæ regiminis cautum est.* Consistit autem *Legiferorum officium,* nunctemporis, solùm in exercendis judicijs & decidendis controversijs ab inferiori foro territorialium judicum ad se devolutis[*]. Tenentur etiam hi, uti & omnes alij seculares judices inferiores, sententiarum à se latarum codices (Domböker/) Regio Tribunali seu parlamento circa initium febr: quotannis revidendos, sistere. Isti quoq; Legiferi ê Senatorum R. numero sumuntur & certum salarium, quod incolæ prov: annu-

annuatim pendunt, (Svet: Lagmanspeñingar) consequuntur.: coram quibus *secunda est instantia ruri* in processu judiciario. Suntq; hodiè 14. vid: *Uplandiæ, Westgothiæ & Daliæ; Fenningiæ borealis cum Alandiâ & orientali Bothniâ; Ostgothiæ; Wesmanniæ & Dalekarliæ; Fenningiæ australis cum Tavvastiâ & Nylandiâ; Decem-territoriorum.; Sudermanniæ; Ditionis Calmarensis & Ölandiæ; Careliæ & Kexholmensis ditionis; Bothniæ occidentalis; Nerikiæ; Wermiæ; & Ingriæ.* Ad quos fit appellatio à judicib⁹ territorialibus, coram quibus, cum 12. Assessoribus (Nembdarijs) è plebe, viris cordatis, est *prima instantia ruri.* Constituuntur & hi à Regiâ Majestate., Prout iam diu in electivo regno obtinuit, & in decreto Comit: Holm: anno 1649. p. 3. in fine S. R. M.ti specialiter concreditum est.

In Urbibus *Prima instantia* est in curiâ inferiori, vulgò Kämmenär Rätt. *Secunda* coràm Consulibus & Senatu urbico. *Tertia*, si res tanti momenti, in parlamento regio.

Quatvor, communitèr, sunt Consules; *Primus* ut plurimùm regius dicitur, qui justitiæ principalitèr præest; Huic concreditur archivum, cum privilegijs & statutis.

 Ejusq;

lib. x.

Ejusq; curæ ac directioni subsunt templa, scholæ, nosocomia, orphanotrophia, & censura morum atq; conviviorum, quoad politicas ordinantias. *Secundus* negotiationes dirigit, nundinas atq; precia mercium; nec non urbi de commeatu maturè prospicit. *Tertius*, Artificum inspectionem habet, arte facta taxat; Pistoribus & cerevisiæ coctoribus alijsq; modum ponit. *Quartus*, reditus civitatis, ædificia & mundiciem ac nitorem urbis curat, incendia avertit: Istis singulis coss: duo aut tres ex Senatoribus urbis, tanquam collegæ adjunguntur: Qui diebus extraordinarijs, singulis septimanis ad consultandum seorsim conveniunt. Sunt prætereà in urbibus Syndici, Notarii, Scribæ, Fiscales, Logistæ &c. de quorum officiis vid. ord. R. Gust. M. anno 1619. Urbici autem unum tantummodo singuli negociationis genus aut artificium exercent. Et quotannis in sustentationis media, circa Cal. Maii, cùm Consules & Senatores eliguntur, inquirendum est.

Secundum Collegium supremum, *militare est*; quod à MARSCHO Regni dirigitur. Cujus *Assessores ordinarij* 2. *Reg: Senatores*, præsertim militares; & 4. alij *officiales bellici*; De hoc Senatu sunt *Campi-Marschalli*,

Regni

Regni Armamentario & generalis excubiarum Magister. Quibus suus est Secretarius, Notarii & Logistæ. Huius est inspectio militiæ, equestris ac terrestris, per totum regnum & subiectas provincias: Quæq; belligerationem respiciunt, homines, instrumenta & machinas bellicas, lustrationes, stipendia, commeatum aliaq; bello, castris & locis munitis necessaria curare. *In expeditionibus, castris & locis munitis, milites peculiari jure utuntur, Articulis scil: militaribus*; Secundum quos *Prima instantia* est, coràm Tribuno cum suis Assessoribus. *Secunda* coràm *Marsco* vel ejus vicario *Campi-Marschallo*; cui assident *gen: præfectus rei Machinariæ, Excubiarum præfectus, Generalis equitatus Ductor, Castrametator, Lustratores cum Tribunis* vel eorum *locumtenentibus*. *Cum Præside Secretarius*, ut alibi, Sententijs subscribit. Cui etiam Notarij & Scribæ subserviunt. Ad superioris fori cognitionem spectant *crim: læsæ Majestatis* aliaq; graviora, & per appellationem huc devoluta, quæ 500. thalerorum valorem excedunt. Est hic præfectus justitiæ, reos ad mandatum præsidis citans: Et generalis executor, Prophos, cum vicario & *Fiscali* qui observatores & accusatores sunt. Pedites è plebe leguntur, decimus aut vicesimus: Equites

Nobilitas alijq́;, ut prædiorum im̃unitatem obtineant, præstant.

Tertium Collegium Navale seu Ammiralitatis est; ubi Regni AMMIRALIUS præsidet, *Assessoribus* 2. è R. Senatu, rei nauticæ peritis; cum 4. Vice-Ammiralijs, ac Senioribus Capitaneis nauticis. Quibus etiam additi sunt Secretarius, Notarius, Scribæ, Fiscalis &c. Hujus est Classis bellicæ, conjunctæ aut separatæ, curam gerere. Navium majorum ac minorum, ædificandarũ, instruendarum aut reparandarum, omniumq́; instrumentorum & requisitorum nauticorum rationem habere, ut in omnem eventum regno benè prospectum sit, omniaq́; utilitèr collocentur.

Sunt etiam hic articuli nautici, & iudicia huic collegio propria. In cæteris, & nautæ & milites, cum domi sunt, iuri & processui iudiciario communi subiecti sunt. Et Nautæ ex urbicis ac rusticis maritimis leguntur.

Quartum Collegium est Cancellariæ; cujus Præses *Regni Cancellarius*, penes quem est magnum Regni sigillum; *Assessores* 4. è R. Senatoribus, *Cancellarius aulicus*, cum *duobus Secretarijs status*, Nobilibus. Ad hoc Collegium spectant omnes Secretarij, quorũ alius

alius est rerum domesticarum seu Suecicarum, alius Fennicarum & Livonicarum; alius germanicarum & communicationum cum exteris P:pibus, alius Consultationum, alius revisionis, alius antiquæ Cancellariæ &c. cum suis Referendarijs. Hic Decreta, statuta & ordinantiæ cuduntur, privilegia & instructiones cōsignãtur; Pacificationes, fœdera, legationes & legatorum instructiones confirmãtur, omnesq; consultationes pub: digeruntur.

Quintum Collegium est Cameræ seu Fisci & ærarij, ubi præsidet THESAURARIUS Regni, cui assident 2. *Regni Senatores*, *&* *duo Nobiles*, (Revisionis nunc Cameræ, 2. Assess: præsunt.) quibus adsunt *Secretarius*, *Referendarius*, cum Logistis & scribis. Huic collegio parent omnes qui circa reditus regni occupantur. Hinc mandata accipiunt; huic rationem reddent. *Id igitur incumbit ut reditus augeantur potiùs quàm diminuantur: maturèq; exacti utilitèr collocentur, cæteris collegiis sumptus suppetant & in omnes necessitates benè prospectum sit.*

Est & peculiare *Collegium metallicum* quod certo respectu ad illud refertur, peculiari instructione & statutis gaudens: & privile-

lib X.

vilegio, anno 1637. publicato munitum.

Quinq; isti summi præsides in Regis absentiâ, morbo, vel minorenni ætate & interregno, *Regni Gubernatores* sunt & *Regij pupilli Tutores*; quemadmodum im̃ortali cum laude, & totius orbis stupore, hanc provinciam nostrâ ætate, nomine Serenisſ: ac Potentisſ: Reginæ Modernæ minorennis, junctâ operâ cæterorum senatorũ illust: per integros 12. annos gesserunt, illustr. *D. Gabriel* Gustaffson Oxenstierna/ *R. Drotzetus; & eo defuncto illustrisſ: Comes, Dn. Petrus* BRAhe/ *itidem R. Drotzetus & c. illust: Comes D. Jacobus De La Gvardie, Marschus; Illust: Dn. Carolus* Gyllenhielm/ *L. B. in* Bergwara/ *& R. Ammiralius; Illust: Comes Dn. Axelius* Oxenstierna/ *R. Cancellarius, & illust: D. Gabriel Benedicti* Oxenstierna/ *Lib. B. de* Mörby *& Regni Thesaurarius.*

Nec desunt alia quoq; magna officia ad regiam pompam, magnificentiam, utilitatem

tatem & decus Regis atq; Coronæ pertinentia, ut REGNI MARSCALCHUS; Qui itidem unus è Senatorio ordine est. Hic ceremonijs in publicis cõgressibus præest; nec non in solennitatibus nuptialibus & convivijs à Rege institutis, pompas moderatur. Legatos excipit & ijsdem de necessarijs prospicit. Senatum jussù Regis, vel vices ejus gerentis, per ministros, convocat. In comitijs silentium & audientiam præstat, & potestatem dicendæ sententiæ facit. Eos verò quibus hìc se ingerere nefas, & non vocati intrudunt, per satellites eliminari mandat. Turbas & tumultus in conventibus ortos compescit. Et Aulam Regiam dirigit; impensas, inspicit ac moderatur. *Undè ipsi Marscalcus aulicus, Aulæ Magister, Magister stabuli & quicunq; cellæ, culinæq; regiæ & stabulo subserviunt, (Nec non & Tribunus cohortis aulicæ, quoad ceremonias & quotidiana ministeria, aliàs enim à militari collegio dependet) parere tenentur; ne officium negligant, vel quid contra decorum admittant.*

Armamentarius regni ut ad militare Collegiũ pertinet, à quo &, post cõmunica-

tio-

Lib V.

tionem factam, resolutionem accipit; ita omnis generis arma, tormenta, pulverem pyrium &c. curat. Et quævis ad bellum necessaria prospicit ac dirigit.

Archistabularius R. stabuli & equorum regiorum, ubivis constitutorum, summam curam gerit.

Venator R. jura venationis, vivaria, nemora & saltus coronæ, summa cura, ad publicam utilitatem dirigit. Ne aves aut quadrupedes nisi ll:bus definito anni tempore capiantur, aut cædantur; ursorũ verò ac luporum & cæterorum animalium noxiorum venatio, quam & antiquæ ll:s exigunt, ne negligatur. Arbores frugiferæ, mali, pyri, quercus, fagi, coryli &c. ne exscindantur advertit.

Hæc quatvor officia vid: *Marschalki, Armamentarij, Stabularij & Venatoris R.* ordinariè *Stockholmiæ* resident. Muneris tamen ratione sic exigente, in provincias etiam, aliaq; loca noñunquã excurrunt. E. g. *Armamentarius* ad arces, munitiones, & loca ubi arma funduntur ac cuduntur. *Stabula-*

rius

rius, eò ubi equi aluntur. *Venator* ad campos venatorios regios (Konungzparkar c. 34. Kon: B. L. L.) vivaria & sylvas principaliores. Hæc de regiæ aulæ administratione & directione.

In urbibus & provincijs, ut omnia ritè administrentur, mandata regia exeqvutioni mandentur, interesse coronæ non negligatur, *Gubernatores, Castellani ac Toparchæ* resident; *Quales sunt Holmensis in arce regiâ*; Öffwerståthållare/ seu *Castellanus Stockholmensis*; qui rurali provinciæ nulli præest, sed arcis regiæ Holmensis structuras inspicit & urget, aliaq; ædificia regia Holmiæ, cum muris & tabulatis urbis. Is urbi peculiari authoritate præfectus est, ut privilegia ejus tueatur, politicæ administrationi præsit; ædificia, reditus, negociationes, cum huc pertinentibus, dirigat atq; defendat. Arma & exercitia militaria civium lustret. Nec regalia coronæ in urbe diminui patiatur; aut, Rege inscio, quicquam fisci reditibus decedere. Ipse semper unus è regni Senatoribus est, cui adjungitur Vice-Castellanus ex ord: equest. Qui in judicijs urbanis juxta coss: & senatum urbis præsidet; & ju-

stitiæ

stitiæ exeqvutioni intentus est. Cui etiam Capitaneus urbis & huic adjuncti satellites sine morâ, vacabunt. Provincijs etiam hi præsunt: *Uplandiæ, Ubsaliæ: Westgothiæ, Scaris; Fenningiæ & Alandiæ, Aboæ. Livoniæ ac Ingriæ, Dorpati: Wesmanniæ & Montanorum, Arosiæ, Smolandiæ, in* Cronebårg. *Careliæ Viburgi: Ostgothiæ, Lincopiæ: Sudermanniæ, Nycopiæ: Tavvastiæ & Nylandiæ in* Tawasthws *aut Helsingforsij. Elfsburgensis ditionis & Dalensium, Gothenburgi: Calmarensis ditionis & Ölandiæ, Calmariæ: Dalekarlorum & Cuprimontanorum, Phaloniæ: Nerikiæ & Wermiæ, Örebroæ: Bothniæ occidentalis & Lapporum, Hudvviksvvaldi: Orientalis Bothniæ, Ulaburgi: Æstiæ, in arce jervensi: Ingriæ & Alentakiæ, Narvæ. Kexholmiæ & ditionis Kexholmensis ibid: Vendici & Pernovici circuli, Rigæ. Qui tamen exigente publicâ utilitate, nutu S. R. M.tis pro temporum conditione mutantur: & jam plures, jam pauciores adhibentur: Nonnullis interdum Generaliori gubernandi potestate instructis.* Ut nunc de Gothlandiæ, Jemptiæ, Pomeraniæ, cæterarumq; germanicarum provinciarum Gubernatoribus, nihil dicam.

Sunt

Sunt etiam officiales inferiores & plebei, ut Prætores & Lensmanni (quales germani Schultheiß vocant) *eorumq; suffraganei*, Fierdingzmán & Nämbdingemán/ *qui tributa exigunt, executioni judiciorum ruri inserviunt, & hospitationes viatorum immediatè curant.* Atq; hæc pro pagellarum angustiâ, hâc vice, de modernâ Politiâ Sueo-Gothicâ.

CAP. XI. *De Politiâ Fenningiæ, antiquâ & modernâ, in specie.*

FEnnos quoq; Regium imperium antiquitùs amasse ex superioribus constat, ubi lib.2.c.7. prisci quidam eorũ Reges enumerantur. Cætera officia in historijs disertè non occurrunt, quæ tamen distincta fuisse patet, cùm proprio idiomate nomina adhuc supersint. Ut Kuhtinas/Rex vel Princeps superiorem non agnoscens; (Kuningas enim unà cum imperio à Suecis nunc habent.) Pååmies/ Dux seu Capitaneus, à Pää/ caput: & Mies Vir, sicut Suec: Höffwidzman/ à Huffwud. Ovas/ eques; Ratzasmies/ gregarius miles; Sota/ bellum, Sotamies & Sotalainen/ miles: Sotaketo/ campus martius. Ut igitur distincta officia &

gra-

gradus in bello, ita in pacificâ administratione, procul dubio, fuere. Sueciæ autem subjecta Fenningia, cum religionem christianam & Episcopos accepisset, ij & ecclesiasticam & politicam directionem, magnâ ex parte gessisse videntur. Ita c. 6. Kong: B. L. L. statutum est *ut Episc: Aboënsis cum R. Drotzeto, nomine Regis in Fenningiâ homagiũ acceptet.*

Nec minoris authoritatis quàm prudentiæ viri huic officio adhibiti sunt. Ita Episc: Ab. 5,tus *Bero Westgoth. R. Erico 11.mo sangvine junct⁹* & pri⁹ à secretis fuerat. Uti & 6. *Ep: Ragvaldus, D. Birgeri* Jerl antea *Cancellarius*; velut 7.mus *Catillus R. Valdemari*. Quin & quorundam prudentia atq; industria apud exteros clara, sic 14.tus *Episc. Ab. Iohannes P.* Rectorem Acad. Magnificum Parisijs egit: & 18. Ep. Ab. Olaus ibidem Professoris & R. Magnif. munus laudabilitèr sustinuit; Regumq; postea *Christophori & Caroli 8.vi consiliarius* fuit. Et Episc. 17. *Magnus* Tawast *R. Erici Pom*: Cancellarius erat: qui universæ parochiæ Masko/ tributum & reditus, ad dies vitæ suæ, à Rege obtinuit. Hunc milites atq; nobiles pari veneratione ac Regem prosequu-

seqvuti sunt. Is gravé in Satagundiâ seditionem cohibuit: Fennis jus comitiorum impetravit: & alterum etiam Legiferum (cum anteâ unum tantum in totâ Fenningia habuerint) ad meliorem justitiæ administrationem, procuravit. Non defuere tamen etiam olim Castellani & Gubernatores, quos Capitaneos vocarunt; (ut nunc ipsos subactores primos, D. Birgerum Jerl Tavvastiæ, & D. Torchillum Canuti, Careliæ, taceam.) tempore dicti Episcopi Magni 2. Nicolaus Lydikßon/ Capitaneus Aboensis; Et Ericus Arelßon Tått/ qui arcem Savvolaxiæ Nyslot/ olim Olaffsborg dictam, extruxit; nec non hujus frater Ivarus AXelßon Tått. Quinimò ipse R. Marschus, postea R. Carolus 8.vus ante & post acceptam coronam, frequentèr in Careliâ statione habere amavit, quod varia diplomata & sententiæ hîc datæ com probant. Quin & Dn. Steno Sture senior & Svante Sture/ hanc regionem peculiaritèr gubernârunt. Et Ivarus Flemming/ cum fratre Erico, superiori seculo hîc potentes fuere. Post Evangelij lucem secularis potestas ab ecclesiasticâ planè dirempta est.

Et Ducatus Fenningiæ Australis & Borealis cum Alandiâ, Ill: P:pi Johanni Reg. Gustavi 2.dò genito anno 1556. assignatus fuit; cum urbe & arce Aboënsi, quam ædificijs magnificè auxit. Et dum vixit Pater R. Gustavus 1. totius Fenningiæ Gubernationem tenuit. At post fata R. Joh. 3.tij filio P:pi Johanni, ex decreto Norcopensi Ostrogothiæ Ducatus, pro Fenningiâ cessit. Quam aliquandiu Com: Axelius Leyonhuffwud gubernavit & postea pro *Sigismundo Polon*: R. contra *Pr. CAROLUM* & R. S. Senatores, mordicùs tenuit D. Claudius Flemming R. Ammiralius & Fenningiæ Gubernator. Cui mortuo, brevi temporis momento, successit, ejusq; vices gessit Arvidus Erici Stålarm; Huic verò Dn. Georgius Boye surrogatus est. Tandem nostrâ ætate magnâ cum laude præfuere, sz. ab anno 1623, Prælustr: & Generos: D. Nicolaus Bielke de Saalstadh/ Lib. B. & Regni Senator, qui collapsam justitiam restituit, multaq; in meliorem statum reduxit. Cui non minori laude successit illust. D. Gabriel Benedicti Oxenstierna R. Senator & Thesaurarius, anno 1632. Et tandem Gu-

Gubernatio Generalis magni hujus Ducatus Illustriss: D. PETRO BRAHE/ Com: in Wisingzborg &c. R. Senatori, Wesmanniæ, Montanorum & Dalekarlorum Legifero, anno 1637. fausto sydere demandata est. Qui 19. Nov. ejusdem anni Aboam appulit. Sed anno 1640. post multa hîc præclarè & laudabiliter gesta, 6. Aug. Holmiam hinc navigaturus solvit. Ubi anno sequenti, Regni Drotzetus & sup. Parlamenti regij Holmensis Præses est creatus. Et aliquandiu post Academiæ Aboënsis Cancellarius salutari non renuit. Nunc autem ante biennium eandem Magni Ducatus Gubernationem, 19. Jun: 1648. reversus, omnium ordinum summo cum applausu, denuò suscepit. Quanta verò ejusdem in hanc gentem merita, Academiam nomine S. R. M.tis erigentis, Bibliorum editionem procurantis, Templa Scholasq; exornantis, urbes erigentis & provincias optimè ordinantis, partim in Academiæ Aboënsis Natalib. breviter attingitur; partim verò posteritas pleniùs agnoscet ac deprædicabit.

Nec defuere interim olim & ante hàc nec adhuc desunt, in singulis provincijs & districtibus viri nobilissimi ac prudentissimi, qui ut Castellani & Toparchæ præfuerunt ac præsunt. Generalem verò Gubernationem habuêre hactenus supradicti: Non secus ac Livoniæ Gubernatores olim fuere Illustriss: Com: Dn. Jacobus De La-Gvardie &c. Dn. Hermannus Wrangel Campi-Marsch: D. Johannes Skytte/L.B. &c. D. Benedictus Oxenstierna &c. Dn. Ericus Ryning Ammiralius, Dn. Ericus Stenbock/ summus in Livoniâ militiæ præfectus & Vice-Gubernator, successivè ante hàc; Et nunc est illustr: Com: Dn. Magnus Gabriel De La Guardie. Ita & Westgothiæ, Wermelandiæ, Daliæ & Hallandiæ utriusq; Generalis Gubernator est illustriss: Comes Dn. LENHARD Torstenson &c. Et Ingriæ ac Kexholmensis districtus Gener: Gub: antea D. Ericus Gyldenstierna/R.S. Huic nunc præest Gubern: Dn. Carolus Mörner. *Sed de Fenningia, in quâ nunc vivo, Politicâ administratione, pauca ista specialiùs hic inserere libuit.* Cætera ijsdem nunc utitur legibus, politiâ

&

& regiminis formâ eum ipsis Sveciæ & Gothiæ regnis. An verò magis laudanda prudens ac felix gubernatio? anne fides gentis? quæ sextum jam seculum, sine magnis motibus, jugem obedientiam præstitit. Nisi quòd Buggo quidam, ut suos in majorem libertatem assereret, anno 1316. Rex seditiosè salutatus est. Sed, ut in tali casu fieri solet, eo per R. Sveciæ Birgerum occiso, duriorem suam conditionem Fenni effecerunt. Ut notavit Joh: M. lib. 20. c. 4. Et rusticorum motus in Satagundiâ, sequenti anno, levi pulveris jactu, ab Episcopo, ut sup. dictum, compressus quievit. Tumultus autem iste in Bothniâ, anno 1597. Quem vulgò Klubbe Krijghet vocant) non tàm contra Coronam R. Sveciæ, quàm R. Sigismundi, & Claudij Flemming equites, nimis crudelitèr in plebem grassantes, susceptus fuit. Nunc igitur cum ut socij & fratres Fenni etiam habentur, feliciorem esse quàm olim magni hujus Ducatus conditionem & statum, cujvis sat liquidum esse potest. Et hæc paucis de Politicâ Fenningiæ administratione:

Buggo Seditiosus.

Quoniam autem Comitia, totius imperij quasi Epitome quædam sunt; de ijsdem pauca subjectam. Comitia olim fere ob Regis electionem ad Morasteen celebrata sunt. Ut supra inculcatu & specimen Comitiorū habemus c. 4. p. 6. Kong: B. L. Nunc ut de pace & bello, ll:bus tributi, Religione, Regis Coronatione, ordinatione politiæ, Ecclesiæ, Scholarum, & similibus agatur, Comitia à S. R. M. coguntur. Ad quæ patentibus literis, cum consilio & assensu Senatorum vocantur, qui intra Sveciæ, Gothiæ & Fenningiæ antiquos terminos habitant, vel specialiter votum impetrant: Videlicet, Comites, Barones, Equites & Nobiles; Episcopi & Superintendentes, cum duobus è singulis consistorijs; & Pastor ruralis ex quovis tractu. Tribuni militum provinciales

cum

cum locum-tenentibus, Majoribus, Equitum Magistris & Capitaneis: Ex singulis Urbibus Consul *cum* Senatore *vel alio Cive primario. Tandemq́ ex singulis territorijs* Rusticus. *Celebrantur Comitia, nonnunquam etiam alibi, ut plurimum Holmiæ: ubi cum ad præstitutum tempus ordines R. convenerint, Sessionis habendæ hora, tympanorum æneorum tubarumq́ clangore, addito præcone excelso Caballo insidente, per singula urbis compita, pridiè promulgatur. Ipsâ conventus die Sacris & invocatione Divini auxilij præmißis, sic congregantur:* MArschalcus ordinis equestris, qui singulis Comitijs novus ab ipsa S. R. M.te constituitur, cum Senioribus seu capitibus familiarum in illustri Collegio comparet, ubi secundum votorum seriem locantur, terni ac trini in atrium Regis

 pro-

processuri, præcedente Marschalco solo cum baculo; quem proximè seqvuntur illustres, Comites & Barones; hos Equites & hisce suppares 2.dæ Classis, Tertiò Nobiles infimæ Classis juxta seriem quâ vel per sortem, vel successivè inscripti sunt. *Hinc S. R. M.tas in Cœnaculum Regni sic deducitur: Præcedit* Regius Marschalcus *cum aulicis & Nobilibus in illustri collegio sedem non habentibus, itidem trinis ac trinis.* Deinde Marsch: Nob. *quem nunc excipiunt Nobiles Tertiæ Classis, ut infimi primò procedant, & ita deinceps, Equites, Barones, & Comites, terni ac terni. Regem Senatores R. proximè antecedunt eodem ordine ac serie. R. Marschalcus ante Ordines subsistit; Provincialis directè ante Nobilitatem.* Rex ipse Thronum occupat, Senatoribus utrinq; directâ seriè se locantibus.

Cæ-

Cæteri ordines in ſuis buleuterijs confluunt; *Eccesiaſtici* in majoris templi Sacrario; *Militares* in ſuo collegio; *Urbici in Curiâ* Civitatis; *Ruſtici* in collegiali domo, Gilleſtugun. Unde in arcem progreſſi, Regis adventum in Regni cœnaculo opperiuntur.

Tum vel Rex ipſe, vel ejus verbis R. Cancellarius ordinum obedientiam, frequentes cunfluentium collaudat, cauſaſq; conventus & ſtudium ſuum exponit. Ac propoſitiones per Secretarium R. recitari jubet.

Ordines verò ordine, Equeſtris nomine hujus Marſch: Clericorum Archiepiſcopus *vel ejus vices gerens, Urbicorum Conſul Holmenſis, Ruſticorum, unus eorum eloquio pollens, S. R. M.ti proſperam valetudinem, omniaq; fauſta gratulantur, eadem diuturna comprecantes: De regiâ*

&

& paternâ reip: curâ humilimè gratias agunt. Propositorumq́ resolutionem, debitâ cum subjectione, sine morâ pollicentur. Porrectâ deniq́ singulis ordinibus Propositionum *copiâ, Rex ab equestri ordine in palatium reducitur;* Et singuli in sua buleuteria, ut consultantium multitudo, indeque confusio evitetur, & sine impedimentis, tutiùs ac liberiùs sententiam proferant, recedunt: certumq́; tempus deliberationi destinant.

*Illustri & Equestri ordini à suo Marschalco convocato S. R. M.*tis *propositiones ponderandæ exhibentur. Ubi disceptationes instituuntur; & vota per* Tres Classes *colliguntur.* Prima *est Comitum & Baronum, extra Senatum, qui dextram tenent. Senatores autem Regni hîc nullum suffragium obtinent;* etsi cum nomine Regis aliquid cum hoc ordine communicandum, supremam sedem obtineant. Secunda Classis Senâtoriorum, *quorum*

maje-

majores in R. Senatum aſcripti fuere, ſiniſtram tenent. Tertia verò *loca deinceps utrinq́ occupat.* Singulæ *cujusq́ claßis* familiæ, *ſive pluribus ſive paucioribus conſtent perſonis, ſingula vota obtinent; quod* ſenior ſive caput familiæ, *cæteris tacitè auſcultantibus, pronunciat.*

Primarius Claſſis ſuffragia *in tectâ paropſide colligit; quibus numeratis enunciat quot vota huic vel illi ſententiæ acceßerint.* Marſchalcus *eadem excipit, collationem inſtituit, & generalem concluſionem, per Secretarium, formari mandat, quæ publicè recitabitur.* Singulæ *deniq́* Claſſes, *quotquot conſtent familijs, unum conficiunt votum; Et* duabus tertia, *ſi fortè renitetur, accedit. Ut ſic in Comitijs* totus ordo Equeſtris, *unicum Votum habeat, quod marſchalcus, diſcurſuum moderator, per Secretarium illuſtris collegij* con-

concipi recitariq́ mandat, ut generalem finalem conclusionem R E G N I C A N-C E L L A R I O, *prius subscriptam exhibeat.* *Pariter etiam* Clerici, Episcopi, Superintendentes, Professores, Consistoriales, Præpositi, & Pastores *in loco Consistorij consultant*, & per suum Secretarium conclusionem & votum formant. Negociatores & municipes cum urbium delegatis in curiâ urbis propositiones perpendunt; & per suum Syndicum conclusionem conscribunt. Rusticis in suo conventu peritus scriba adjungitur, qui eorum vota colligat & ad generalem conclusionem revocet.

Tandem ordines vicißim, prædicto processu, in Cœnaculo Regni, coram Rege & Senatoribus comparēt, votaq́; dato per R. Marschalcum signo, *publicè Secretariorum voce, recitantur.* Quod si vota mox non quadrent consultationes seorsim reiterantur. Omnibusq́; benè conclusis,

co-

comitia solennibus gratiarum actionibus, gratulationibus ac votis, uti antea inchoata fuere, concluduntur. *Decretis comitialibus subscribit S. R. M.*tas *cum R. Senatoribus addito R. Sigillo. Marschalcus illust: ordinis & cum eo singulæ familiæ Comitum, Baronum, Senatoriorum & Nobilium, suffixis earum Sigillis, quæ apud Seniores asservantur. Hinc* Clerici cum Sigillis Capitulorum, Municipes urbium, & Rustici territoriorũ Sigilla *apponunt. Quod verò inibi conclusum, pro lege habetur; Magistratum & subditos, absentes & præsentes æquè ligans.*

Sub finem Comitiorum, postquam Marschalcus illust: ordinis Decretum, duobus ex singulis Classibus comitatus, in Regiâ Cancellariâ obtulerit, in totius ordinis illustris conspectu, baculum cum officio seponit, actaq; renovata, in archivo collegij, inspectantibus deputatis, relinquit.

In Comitijs etiam gravamina & po-

stula-

ſtulata ſubditorum audiuntur ac decidũtur. Quod ſi ſubitum aliquod incidat, in quo mora eſt periculoſa, Regni Senatores cum Epiſcopis, Toparchis & Holmenſi, Upſalenſi, Gothenburg: Norcop. Aboenſ: & Viburgenſi Conſulibus ſaltem convocantur. Itemq́ ſi cauſa gravior, Majeſtatem & ſublimiora imperij membra concernens decidenda; quæ ordinum cognitionem requirit: Præſidet R. Drotzetus, *vel (ſi is morbo aut impedimẽto detinetur)* Cancellari⁹; *reliqui Senatores, Parlamenta, Toparchæ & prædictarum Urbium Conſules, Regni ordines repræſentant. Quod illi ſtatuunt, ab omnibus ratum habebitur.* Et hæc breviſſimè de Comitiis etiam & conventibus; de quibus alibi plenius.

IMperij hæcce Sveo-Gothici eſt Politia perampli:
Tàm firmo nixa eſt, machina tanta, talo.

LIBER VI.

DE

Potentiâ, Divitijs, redi-tibus & bonis Imperij Sueo-Gothici.

CAPUT I.

De Potentiâ ejusdem in genere.

AD *Vires* ſeu Potentiam Regni alicujus, *Theſaur: Polit: apoteleſm:* 1. hæc 6. pertinere tradit; *1. Subditorum amorem & benevolentiam*; quæ ut meritò inter præcipua numeratur, ita hîc tàm manifeſta eſt, ut boni Reges vel in gremio cujuſvis ſubditorum caput ad dormiendum tutò reclinare audeant; indeq; vel ſoli vel uno aut altero puerulo comitati, ſubditis rhedâ aut cymbâ vehentibus, ſe concredere ſemper potuerint, tanto, inter eos, ſatellitio non indigentes, quantum exteri neceſſariò adhibent. 2. *Imperij antiquitatem*, quæ ſuprà lib. 2.do breviter expoſita. 3. *Amplitudinem*, quæ ex Chorog: deſcr. lib. 1. facilè patescit.

teſcit. Simulq; exinde 4. *Vires unitas*; 5. *arma*; & 6. *Opes*; De quibus præcipuè hoc Libro paucis etiam agendum erit. Vires Coronæ Suecicæ, eiq; addictorum regnorum, ex ipſâ experientiâ, certiſſimâ rerum magiſtrâ, clariſſimè relucent. Quæ cum amplitudine obruat & aciem intentionis abrumpat, priſca illa veterum Gothorum atq; Sueonum geſta, quibus non modò cum finitimis luctati, verùm etiam gentes longiſſimè diſſitas ſubegerunt, latiſſimè victricia per orbem terrarum arma circumferentes, propoſitæ brevitatis cauſâ, ſilentio tranſiliam. Nec proxima bella, noſtra ætate, ad ſtuporem cunctarum nationum, à R. GUSTAVO M: & R. CHRISTINA Auguſtiſſimâ, felicitèr geſta atq; confecta, allegabo: De quibus ſatiùs eſt tacere, quàm paucis & tenuitèr dicere; præſertim cum omnibus in illuſtri & aprico poſita ſint. Et totus pro me orbis loquatur. Ea ſaltem quæ parentum noſtrorum memoriâ exantlata, brevibus attingam.

Quomodò exotici Reges, liberâ ordinum & populi Sueo-Gothici electione ſceptri & Coronæ hîc participes, poſteaquam *bonorum hujus imperij* guſtum plenis buccis hau-

hauserunt, eidem semper inhiârint, ex historijs plus quàm manifestum, ac notorium est. Quæ verò causa, cur Dani Coronam Sueo-Gothicam tanto nisu ambiverint? tantâ contentione unionem & fœdus sub R. Margaretâ urserint? (*Quod quàm sanctè à parte Danorum sit servatum, nec ipse Erpoldo à Lindenbruch, in vitâ Marg: celare potuit.*) Anne quod Suecos adeò amarent ijsq; benè cuperent? Certè nulla alia extitit, quàm imperij Sueo-Gothici VIRES atq; *Potentia*: nimirum ut hisce subnixi & aucti omnibus formidabiles, planèq; invicti evaderent. At quomodo SUECIA ex hisce cassibus eluctata se extricavit, libertatem asseruit, triumphavit? Nullis profectò, nisi proprijs, secundum DEum, *viribus* id obtinuit. Ecce enim cum proximo seculo *vires*, insatiabili exoticorum Regum & magistratuum aliegenarum avaritiâ, infinitisq; exactionibus & pressuris, ita attenuatæ & exhaustæ viderentur, ut nihil sibi certiùs, quàm perpetuam Suecorum servitutem, promitterent: Accessit horrenda & paucis inenarrabilis, Reg: Christierni II. plus quàm tyrannica sævitia;

Quæ tamen in eo nonnihil, imò, plurimùm, ut ait ille, *profuit. Quòd sic effectum, ut intolerabilibus agitatus injurijs populus, cupiditate libertatis incenderetur.* At quanta Christierni hujus Sangvinarij potentia! Is trium Regnorum ipse Dominus; Romani pontificis favore munitus; Imperatoris Rom: tùm etiam Hispaniarum, & universi Belgij Regis hereditarij invictissimi affinitate, plurimorumq; Regum aliorum & P:pum consangvinitate, Potentissimarum civitatum amicitiâ & fœderibus firmatus, impedire non potuit, quin *Sueci viribus suis* usi, auxilio divino & auspice R. Gustavo I. jugum, contra pacta & dirissima juramenta impositum, excuterent, tyrannum longè lateq; propellentes. Nec mora; cum Lubecensibus etiam, qui tùm satis potentes erant, & nimium sibi tribuerunt, gravissimum bellum habuere. Attamen vicinis adhuc suppetias ferre *Suecia* sustinuit atq; sufficit. Laborantem, quippe rem Danicam, circa eadem ferè tempora, *Svecorum* arma fulcivere. Exorto scil: in Daniâ bello, inter Comites Oldenburgicos & P:pes quosdam Germaniæ, ad quod

fœde-

fœdera & affinitatis jura, Regem Suec: *Gustavum I.* pertraxerunt. Hic Sueco milite, suis & Coronæ sumptibus, Ductore tùm Marscho R. D. Laurentio Siggonis (è familiâ Sparreorum, quæ nunc Baronatu illustris est) totã fermè *Hallandiam, Scaniam & Bornholmium*, recuperavit, & in manus R. Dan: Christierni 3. ultrò resignavit. Cui, (secundum DEUM) Regni Danici coronam asseruit; quâ posteri ejus deinceps adhuc potiuntur. Quamvis nec intereà solida semper domi quies: Siquidem nullâ fermè interjectâ respiratione, periculosi motus Dackiani, in ipso patriæ gremio, exarserunt; multorumq; exterorum sufflaminationibus foti, vix intra biennium restingvi potuerunt: ut alios sat graves in Dalekarliâ & Westgothiâ tumultus brevitatis causâ subticeam. Mox bellum Moscoviticum exortum, quod Regno & *Coronæ Sueciæ* immenso sumptu constabat. Non solum enim Moschi potentia, omnibus vicinis terribilis extitit; quin & non pauci tùm hosti commeatibus auxilium tulerunt: Nostrates è contrà, Anglos, Gallos, Lubecenses, in mari infestos habuerunt. Nec

parvam etiam auri & argenti vim expeditiones in Angliam absorpserunt, nomine R. Erici 14. ob nuptias R. Elizabethæ susceptæ: quæ tamen fato prohibitæ sunt. Decedente autem R. Gustavo I. Arma in Livoniam contra Polonum translata. Et Danicum simul bellum, copiosâ auri & sanguinis profusione, integrum 7. annium, sine armistitio aut inducijs, continuatum est: Multis Friderici Dan: Regis partibus palàm faventibus atq; succurrentibus. Istis malis adhuc gravius accessit; *Interna discordia*: Quâ R. Ericus in fratrem P:pem Johannem Fenningiæ Ducem ferebatur. (*Quam senes decrepiti, in hâc regione* Bröder Krijget/*id est, fraternum bellum, vocant*) Eumq; cum conjuge, filiâ Regis Poloniæ, arctissimo clausum carcere, quinquennium tenuit. *Hâc tempestate multorum clarorum virorum sangvine Suecica tellus commaculata & quævis dirissima passa fuit.* At vix dum composito bello Danico perniciosissimum, tædiosum ac diuturnum illud moscoviticum, in annos 24. protractum vicinim erupit: quod sumptus & viros innumerabiles devoravit. Inde vicissim interni motus, velut turbo, patriam corripuerunt;

runt; cum R. Sigiſmundus inſtructiſſimo exercitu, in gremium Oſtrogothiæ, ad ſuorum internecionem, infeſtis armis irruit. Quaſi verò id ſatis non fuiſſet, internis Sueciam quaſſari diſcordijs; cum potentiſſimis ſimul hoſtibus vicinis, Moſco atq; Polono internecinum bellum gerere; Danus etiam, hanc occaſionem ſpeculatus, inſperatò Regni Gothici fines invaſit, inq; limitaneas arces, proditorum operâ adjutus, penetravit. *Ex quibus tamen omnibus difficultatibus, licet maximis atq; denſiſſimis, Suecia Corona ſuo marte, ſuis viribus, propriâq; potentiâ (divino tamen auxilio præſuppoſito) eluctata eſt; omnesq; illos inſultus, intra ſeculum, maſculè ſuſtinuit, fortiſſimeq; repulit & avertit. Idq; ſuo milite, ſuis ſumptibus, incolarum & ſubditorum ære ac ſanguine: Regno interim nullius alieno ære obſtricto; nec vel unicâ arce, nedum provinciâ, extero cuiquam oppignoratâ.* Nemo vicinorum nemo exterorum, milite, commeatu, pecuniâ, vel tantillum ſubſidij miſit. Plures, uti dictum, clàm vel apertè hoſtibus faverunt, ſuppetias contulerunt, progreſſusq; Suecorum, poſito quaſi obice, tantum non prohi-

 bue-

buerunt. Hi tamen proprijs, per divinam gratiam, lacertis cunctas istas difficultates superârunt. Unde POTENTIAM & VIRES hujus imperij, tanquam in speculo & brevissimâ Synopsi, contemplari & dijudicare licet. Deridenda proinde Jonæ Koldingensis in Daniæ descript: Vanitas, ne dicam impudentia; Ubi Sueciam duo de viginti præliis attritam & conquisitam, regibus (quos ibidẽ recenset) Dan: Sacramentum dedisse asserit. Quæ quantum habeant veritatis, quantumq; fidei mereantur, vel leviter saltem in historiis nostris, imò & danicis, versatus facilè deprehendit. SVECIAM certe ab ullo externo Rege vel P:pe in provinciæ formam unquam redactam fuisse; ex fide dignis omniq; exceptione maioribus documentis; nunquam probaverit. Quæ suis ut viveret legibus, externæ dominationis semper impatiens, armis obtinuit. Cum reliqua ferè omnia Regna Europæa (si Scotiam excipias) vel Romanorum vel aliorum iugum aliquando senserunt. At inquiet aliquis; Reges tamen Sueciæ à Danis sæpè victi & trucidati leguntur. Credo equidem: Sed cur non allegas quoties etiam à Suecis Dani victi fuerint, & luculentissimæ victoriæ reportatæ? Quod nec ipse odiosè recensebo. Quoniam, ut canit Poëta:

Nullus ubiq; potest felici ludere dextrâ.

Et Fortunæ alea, si usquam, in bello valdè lubrica est & instabilis; ut Senec: loquitur.

Quem dies vidit veniens superbum;
Hunc dies vidit fugiens jacentem.

Non tamen sequitur, Rege aliquando nefariè perempto, Regnum Sueciæ mox sceleris ministro sceptrum tradidisse & coronam destinâsse. Consideret paulisper quivis prudens

&

& rerum non imperitus, eum Reges prisco ævo sine magno satellitio Regnum obiverunt, aut in aulis suis securi degerunt, quàm proclive cuivis nebuloni, paucorum malè feriatorum manu stipato, in eosdem irruere, & nihil mali metuentes è medio tollere fuerit! Anne mox totum Regnum tali obnoxium fuisse putas? Valdè, profectò, errat quisquis id crediderit. Non ea unquam Suecis mens fuerat, ut exteris Regum suorum parricidis diadema aut tributa offerrent: Sæpius armis obruerunt. Exemplum cupis? Cum Henricus Scatelet Danus, innocentissimum, optimumq; Regem S. Ericum, nihil mali metuentem, clancularia irruptione interemisset, anne mox Regnum & Coronam acquisivit? Id testatur ac edocet templum in perpetuam rei memoriam, è spoliis & exuviis Danorum, quos Sueci auditâ cæde Regis, undiq; concurrentes ad internecionē omnes deleverunt, extructum; & adhuc hodie Dannmark vocatum; quod dimidio Ubsaliâ miliari situm est. Sic Sueci regiis honoribus Regis sui occisores mactârunt. Sed ut ad Koldingensem redeam; libet paucis ejus candorem expendere: quomodo scilicet Suecia toties victa Regibus Dan: Sacramentum dederit. Et quod de *Gramo* dicit; Eccur eum *Sigtrugo* Sueciæ Regi ferro imparem, (*cum nisi auro Sigtrugus superari non posset, ut disertè Saxo ait*) ad notas conversus artes, largitiones nimirum, quibus velut aureâ clavâ filiam Regis Suec: aliosq, pertentans, ipsum tandem Regem sustulit, prout idem Saxo sub fabularum involucris, more suo, indicat, astu scil: magis quàm potentiâ & viribus victorem

 exti-

extitisse, non adjecit? Cui tamen ideo Sueciæ Regnum non cessit, cujus defensionem ac Regimen *Scarinus* Gothorum R. suscepit. Et cur *Swibdagerum* Suec: & Norveg: R. è Suecico sanguine, occiso in ultioné Scarini Gramo, *fratrem conjugis Guthormum, tributa pollicitum, Danis præfecisse, ut Saxo ait, Daniamq; tributariam fecisse*, quæ verba sunt Meursij, dissimulat? Imò verò cum *Hadingus*, ut inquit idem Meurs: *sub signis Regis Suec: omne tempus in operibus militaribus occupabat*; anne tùm etiam Suecia Daniæ subjecta fuit? Nec magis credo cum in gratiam *Hundingi* Reg: Suec: (quem Meursius hâc in parte Saxone fabulosior, à cane dictum comminiscitur) Hadingus Dan: R. sese suspenderat. *Frothonem I. dum Regnerum Suec: R. falsò proditionis insimulatum bello lacessit, armorum pondere & æstu strangulatum interijsse Saxo dicit.* Sueciam vicisse aut subjugasse nusquam dicit. Quâ igitur fide Meursius Regnerum Frothini affinem (quem Saxo Suec: regem fuisse disertè tradit) affectati regni (nisi Danici intelligat) licet falsò incusatum dicat, ipse viderit. Joh, M, autem Frothonem istum

bella

bella ex orientis partibus in Sueciã transferentem, non modò à Regnero repressum, sed & captum atq; in triumphum ductum, licet ad intercessionē sororis reginæ Swanhwitæ libertate donatum l. 2. c. 16. edocet. Cur verò Regem Dan: *Roë* à Suecorum Rege *Hothebrodo* (quem Lindenbruch Haraldū nominat) ter victum & ultimo prælio occisum, Daniamq; Sueciæ subjectam Kolding: tacet? *Helgonem* etiam, *clàm in Hothebrotum hostem duxisse & victum cecidisse Meursius testatur. Externo patriam liberare dominio Helgonem voluisse*, Saxo ait; non Sueciam subjecisse. *Hothebrotum* verò Patri Regnero in regno Sueciæ successisse, idem quoq; Saxo tradit. Quæ itidem tributa Regi Dan: *Rolvoni* attulerint sueci, nimirum arma & faces, quibus eum extinxerunt; Nec non quomodo auxiliante matre Ursiliâ, vitrici sui Regis Sueciæ thesauros Rolvo furtim abduxerit, idem *Saxo* fusè cōmemorat. *Hotherum* autem R. Suec: Attili (Attislum vocat) fratrem & R. Regneri filium fuisse, idem *Saxo* clarè testatur; eumq, Sueciæ simul & Daniæ imperitasse. Quem iccircò, nec non

filois

filios *Boum ac Rodericum* cogn: Slingeband/ indigenas & naturales Sueciæ Reges fuisse manifestum est. Daniæ etiam imperium tenuisse nemo negat. Sed quomodo hinc concluditur Sueciam tùm à Daniâ victam & subjugatam fuisse. Contrarium certè firmiùs necti videtur.. Balderum namq; Daniæ inhiantem ab *Hothero* victum, non Sueciam unquam subjectam historiæ tradunt. Ecquis verò Historicorum, regem Daniæ Dan II. hominem abdomini & gulæ deditum, nullisq; facinoribus clarum, Sueciam vicisse, ausus fuit asserere? Id certè *Saxo, Ericus Pom: Lindenbr: Pontanus aut Meursius*, qui inter historiographos danicos familiam ducunt, non annotârunt. *Hugletum* Sueciæ tyrannos Hömothum & Högrinum (Navarchos Suec: Regis Botvildi fuisse ex Joh. M. patet) *maritimo fertur oppressisse conflictu*, scribit *Saxo* & post eum cæteri. At ibi de subáctâ sueciâ nihil. Nec de *Frothone* res est expeditior.. *Frothonem* 4.*tum*, operâ pugilis suecici fortissimi Starckateri, multa præclara gessisse legitur.; sine eo fermè nihil. Nec *Hiarnonem* seu *Hiarnum* vel

Hiar-

Hiarnerum Sueciæ imperâsse, apud ullum fide dignum reperies. *Fridlevum* 11. socium sibi junxisse *Haldanum* Sueciæ Regem, adversus Norvegos, legi; Sueciam rexisse non legi. *Unguinus* Gothorum R. Daniam quoque tenuit; Et à Rege Suecorum *Ragvaldo* victus & occissus, successorem habuit illum *Sigvvaldum* seu Sigvardum Dan: Regem, qui Ragualdum eundem cruento prælio superavit. At hujus Reg: nepos R. Suec: Haquinus 1. Dan: Regem *Sigarum* vicissim oppressit. Quid verò de Dan: R. Haraldo 3. Hyldetand cognominato dicam? quem ab *Haquino* 2. cognomine Ring Suec: Rege ingenti & famoso prælio in Campis Bravallinis Smolandiæ, cum innumerabili exercitu victum fuisse constat; Et à victore Scanis *Olonem*; Sielandiæ, Fioniæ, & utriq; cimbriæ illustrem fœminam *Hetham* impositã, attestante Sax: Meursio, alijsq; Dan: Hist: Siccine Suecia attrita? Imò *Saxo* ait; *Ita in potestatem sueticam, fortunæ varietas Danicum redegit imperium*. Quod tamen Koldingensis dissimulavit. Omundus quem Ormundum vocat Koldingensis, quomodo

Sueci-

Sueciam vicerit non apparet. Ejus quidem filiam à Gotharo Suec: Rege raptam fuisse notum est, etiam ex historia Danica; Et Syvardum Omundi filium ab eodem S.R. Gotharo apud Hallandiam expugnatum Saxo fatetur: ubi etiam *Dan. R. pensionem quam priùs exigebat, exolvere* subjungit. Num igitur hic Syvardus Lodbrog fuerit, cui sueciam paruisse Koldingensis innuit, ignoro. *Iarmericus*, quâ arte R. Gotharum oppresserit, nimirum profugorum ac seditiosorum auxilijs, *Saxo* indicat. At Joh. M. *Gotharum* à fratre *Fastone* trucidatum edocet, à quo tamen patria contra Jarmerum defensa fuit. *Snio*, Regis sueciæ conjugem dolosè abduxit (non regnum subegit) quas verò pœnas flagitij luerit, ipsa Dan: historia exponit. Sed quid *Margareta*, anne illa Regnum Sueciæ vi subegerit? valdè profectò rerum oportet esse ignarum qui id vel asserat vel credat. Quippe quæ nunquam Albertum R. aut vicisset aut captivasset, nisi ope Suecorum, apud quos ille ob injurias & avaritiam publico laboravit odio, adjuta fuisset. Eamq; spontè electam Reginam, documenta, Pro-

cerum

cerum R. Suec: ſubſcriptione munita, quæ adhuc præ manibus ſunt, ſatis evincunt. Et Margaretæ imperium cum una Urbs Regia Stockholmenſis 7.mum annum ſpreverit, nec prius portas aperuerit, quàm Albertus, cui antea jurârat, añuiſſet: Quid ſi tota ſuecia, junctis viribus ſe opposuiſſet, anne Margareta nolentes ad ſibi ſacramentũ præſtandum adigere potuiſſet.? Cæteri etiam Sueciæ ac Daniæ Reges *Ericus* Pom. *Chriſtoph:* Bav. &c. quomodo regnum non minùs Sueciæ quàm Daniæ & Norvegiæ acceperint, nimirum per electionem non vi bellicà, (etiamſi ll:s electionis à parte Danorum minùs candidè ſervatæ fuerint) res notior eſt, quàm ut expoſitionis indigeat. Imò R. Ericum ab Engelberto Sueco, ſolis Suecorũ viribus ſuffulto, bis unà cum omnib9 Danis regno Suecico expulſum fuiſſe ſatis etiã notum eſt. Et quas clades cæteri etiam Chriſtierni, etſi à multis Suecorum adjuti, acceperint, ſatis etiam in propatulo. Mirum igitur quid homini in mentem venerit, cum tàm audactèr orbi glaucoma obijcere tentat aſſerens á ſuprá nominatis Daniæ Regibus

Sueci-

Succiam duodeviginti prælijs conquiſitam, Sacramentum ijſdem dediſſe. Sacramentum dedit commmunibus Regibus; ſed hoc non magis Succiam Dâniæ, quàm Daniam Suecjæ ſubjectam arguit. Neq; enim ideò imperium Rom: Hiſpaniæ ſubjectum fuit, quod Carolum V. communem Reg: & Imperatorem agnoverint. Ex quibus ita breviter examinatis abundè patet quid de hâc Koldingenſis aſſertione, & ſimilib9 μεγαλο-ῥήμασι tenendum ſit. Teſtor DEUM me altercandi ſtudio, â quo naturâ abhorreo, hæc minimè tetigiſſe; ſed ſolâ veritatis aperiundæ neceſſitate, quâ aſtringor. Multò minus ut vicinis quicquàm veræ laudis detraham. Exaggerent uſq; libet Dani, amplitudinem ac potentiam ſuam: Nemo cordatus noſtratium invidebit: Quin potiùs honori & emolumento ducet, vicinam gentem, imò origine, lingvâ, inſtitutis & religione eandem, amicitiæ & pacis fœdere conjunctisſimam, potentem habere. Dummodò abſint nugæ alijs præjudicantes. Deſinant igitur & faceſſant vaniloquia, multum jactantiæ veritatis nihil, aut certè perparum haben-

habentia. Prout non ita pridem, quidam sine victoriâ triumphum cantans, Regi suo *tergeminam victoriam tribus Suecorum disjectis classibus partam gratulatus est, & sempiternæ memoriæ dicavit.* Tanto Regi quàm plurimis virtutibus, P:pe dignis, claro & commúnem sortem supergresso debitum elogium detrahere quis satageт? At fingere non visa, & mundo fucum facere, quid attinet? Sileant igitur inter candidos & cordatos hujuscemodi vanitates. *Quod tamen, adhuc repeto, in nullius injuriam aut animorum disjunctionem, dictum velim; sed potiùs amicæ monelæ gratiâ, atq; ut ostendam* hæcce *viribus & Potentiæ* Sueo-Gothicæ, de quâ nunc ago, ne hilum officere. Hoc enim imperium, non tantummodò hostilibus insultibus avertendis par esse, verùm quoq; vel cum potentissimis, cominùs & eminùs, si necessitas postulârit, congrediendi, jugis & diuturna experientia satis edocuit: Imò ab exteris etiam scriptoribus pridem notatum est. Ita, Saxo lib. I. in prosopopœjâ ad Hadingum Dan: R. Sueciæ incursantem; loquitur.

S Te-

Tetro penates omine patrios,
Liquistis, hoc rus Marte sequi rati.
Quæ vana mentes ludit opinio?
Quæ cæca sensus corripuit fides,
Hoc arbitrantes posse solum capi?
Non amplitudo SUETICA *cedere,*
Non exterorum Marte valet quati. &c.

Et M. Adam: Brem: *in sua Suecnia inquit. Populi Sueonum multi sunt, viribus & armis egregij; Præterea tàm in equis quàm in navibus juxta optimi bellatores, undè etiam suâ* POTENTIA *cæteras aquilonis gentes confringere videtur.* Verba sunt Adami Bremensis. Nec minùs clarum testimonium, Erasmi, Mich: rerum Danicarum, lib: 6. p. m. 301.

——— —Gens est Sueorum latissima magno
Imperio: Cui sors vastos subtendere fines
In boream ac strictis subiectum Aquilonibus orbem,
Et proferre dedit. &c.

Item Lib. 11. p. 456.

Pugnarit quantum libeat quantumq; valebit
Dania; non tamen efficiet quin Suecia Saræ
Libertatis amans contrà pugnaverit, & se
Vindicet ac patrios gladio tueatur honores.

Et paulò post:

Non ea non Sueticis est insita moribus aut vis
Aut ratio, externis ut victa subesse Tyrannis
Et parere velit. Libertas æmula totas
Exstimulat mentes, nusquamq; quiescere cogit:

Accen-

Accenso donec se vindicet aurea bello
Rursus & hostiles cervicibus eximat enses.

Et iterum p, 457.

Idem animus Suecis semper fuit, & fuit idem,
Semper amor patriæ & virtus, certè, impigra, regno
Quæ decus, ac propriis munimina fortia rebus
Conciliant. Non has mutabunt secula mentes,
Non sors asperior, non lætæ forma iuventæ.
Semper erunt qui se pro libertate vovebunt:
Qui sese externis opponant hostibus, arma
Pro patria sumant, mortemq; paciscier ausint, &c.

Ubi suprà dicta Lætus, & ipse Danus, haud obscurè confirmat.

CAP. II. *De Potentiâ Regnorum Imperij Sveo-Gothici in specie.*

G*Othici Regni*, quanta etiam olim fuerit potētia, ex ipsis historijs satis superq; innotescit. Loquor autem non de Gothis extra patriam egressis, quorum gesta alij atq; alij in suam laudem trahunt. *Relinquam igitur ijs, hâc vice, alienam* gloriam, qui propriæ diffidunt. Sed ut intrà patriæ terminos maneam, unde primam fuisse Gothorum originem, jam pridem inter eruditiores & cordatiores in confesso est. Quàm potentes hìc fuerint Gothorum Reges, etiam cum *Sueci & Gothi* diversis paruerunt, vel

exinde patet, quòd nunc cum Suecis, nunc cum Danis, nunc cum utrisq; simul gravissima bella gesserint, & non raro feliciter confecerint. Prout ex Joh. M. multis in locis constat.* *Qui etiam quantus exercitus & quot equitum turmæ ex sola Verendia* (Wärnso Land/ sq; *territorijs constante & 6.ta circiter Smolandiæ parte, ut hæc Gothici regni vix tertia*) educi possint, claré exprimit. Id certè absq; temeritate asseri potest, Gothicum Regnum vel solum ad excipiendum hostem, & defendendos fines Austrum & occidentem versus, ubi situm est, sibi sufficere. Neq; ad orientem minus robur. Magnus quippè *Fenningia Ducatus*, qui olim suos etiam Reges, eosq; satis potentes, habuit, adversus Moschum pro muro est, eiq; si necessitas imponitur, frænum injicere valet. Quantaq; etiam antiquitùs fuerit hujus populi potentia non modò in suis finibus, sed etiam in amicis ac vicinis defendendis, inter alia etiam ex *Saxonis Lib. 9.* patet, ubi inquit: *Biarmiorum ignoti nominis Rex, subitaneá hostium* (Danorum) *irruptione perculsus, simulq; conserendæ cum ipsis manus fiduciá vacuus, Matullum*

Fin-

Finmarchiæ Ducem perfugio petiit. Cujus peritissimâ sagittariorum operâ fretus Regneri (potentissimi Dan: Regis cognomento Lodbrook) *apud Biarmiam hyberna peragentem impunè laceravit exercitum.* Et post aliqualem istorum temporum armaturæ & pugnandi rationis descriptionem, ibidem concludit: *Credendum est tunc Regnerum fortunæ suæ imbecillitatem admiranter tulisse, cum se olim Romani culminis* (Imperat: Rom. Carol: Mag. intelligit, quem devicerat) *triumphatorem ab inermi incõditoq; agmine ad ultimum usq; discrimen abripi perviderct. Itaq; qui splendidissimum Romanæ militiæ decus, maximiq; ac serenissimi Ducis insignes copias obtriverat, agrestis & ignobilis vulgi* (ut ille ait) *sordidissimo ac tenuissimo apparatui cessit: isq; cujus bellicam anteà alacritatem fortissimæ gentis vis hebetare nequiverat, despicabilis populi parvulam manum* (Sic enim ille per contemptum vocitat, quamvis nec adeò parvam manum nec despicabilem esse rerum periti & æqui æstimatores nunc satis intelligant) *sustinere non valuit.* Et si fortè dicas magicis tùm artibus pugnasse Fennos; experientia moderna, quantum nunc gladiis, sclopetis & bombardis valeant, satis edocuit.

 Quan-

Quanta etiam *Livoniæ, Æsthiæ, Ingriæq;* potentia, in obscuro non est, quæ à suis finibus, præsertim cum latus maritimum sub Umbone Succiæ tutum est, quemvis hostem facilè submoverint. Ut ita Regnum Sueciæ pressè sic dictum (olim Ubsalense) in meditullio situm â reliquis regnis & provincijs facilè periculo vacuum præstetur, etiam si plures undiq; simul hostes insurgant; ut nunc de Classe navali (de quâ infrà) nihil dicam. Nec de *Helsingico* R. seorsim quod Norvegiam potentiâ superare constat. Sueciæ autem Regnum seu *Ubsalense*, antiquitùs inter omnia aquilonaria potentissimum fuisse, Historici uno ore ferè omnes asserunt, Nec uno tantum loco *Chron: Norveg: Sturlesonij*, id affirmat. Quin etiam tempore Suec: R. Olai Skottkonung/ Reginam matrem Sigrid sua tantummodò allodialia bona, in Regno Sueciæ cum toto Regno Norvegiæ permutare noluisse asserit. Prout ipsa proco suo *Haraldo Norveg. Regi* in os dixerat. *Quid verò de toto Regno Sueciæ statuendum, si soliq Reginæ bona allodialia & privata tanti fuerant?* Sed ad specialiora, quæ potentiam particulatèr exprimunt, paucis accedam.

CAP. 3.

CAP. III. *De Terrestri Potentiâ.*

T*Erra partim ipso situ, partim arcibus ac munitionibus, partim militibus, equitatu & peditatu defenditur*, Quibus omnibus, si ullum Regnum, Sueciæ certè Corona, optimè firmata valet. Situs, (ut ex libro 1. patet) hic est: *Universum ferè imperium Sveo-gothicũ vasto oceano & mari baltico alluitur*; ubi ad plura miliaria altissimæ rupes, passim & latentia Saxa, Scopuliq́, innumerabiles accessum ad littus, sine ductore indigenâ, impossibilem & ineluctabilem reddunt; *Cætera nubibus contigui montes, imperuij saltus, rapidissimaq́ & amplissima flumina muniunt.* Quin etiam in ipsis regnorum meditullijs sylvæ, paludes, lacus, amnes, montes sæpè pro muris & propugnaculis fuêre: quo ex improviso irruente hoste, familiâ, & sustentationi inservientibus assumptis, majores non rarò confugère: *Hosti nil nisi vacuas ædes relinquentes.* (Quas si combusserit, sylvæ mox novas suppetebant,) Unde si is numerosâ catervâ venerat, eò citiùs inediâ premebatur & fame consumptus est: Sin exiguâ manu accessit, in angustis

ſylvarum thermopylis, inter flumina & mōtes, ubi ſæpè tranſeundum, ab ipſis incolis & ruſticis facilè carpebatur, non minùs quàm à militaribus aperto marte in campis ſternebatur. Nec planè tamen deſunt arces etiam munitiſſimæ, utpote primùm Regia *Stockholmenſis*, quæ amplitudine, excelſitate & magnificentiâ parem in toto orbe Europæo vix habet: deinde *Calmarienſis & Elfzburgenſis*, illa balthico mari, hæc oceano imminens, utraq; Gothici Regni clavis non immeritò nominanda; *Olim proditorijs artibus magis quàm vi cedentes; Noſtrâ verò ætate, per DEi gratiam & defenſorum egregiam fidem ac fortitudinem*, ab utrâq; æq; immunes ac tutæ. Iſtæ arces citrà mare limitaneæ ſunt; mediterraneæ etiam non contemnendæ inveniuntur, utpotè Juneköpings Slott in Smolandiâ, Waſtena, Nyköpings, Ståkebergs in Oſtrogothia; Örebro in Nerikiâ, Wåſteråås, Grijpsholms, Upſala & Örbyſlott. Item clauſtrū Regiæ Holmenſis Warholmen; Arx Borckholm in Ölandiâ; & Caſtelholm in Alandia. Præcipuæ arces Fenningiæ ſunt *Aboënſis* & invictiſſima *Wiburgenſis*, quæ majorum noſtro-

ſtrorum memoriâ Careliæ incolis & vicinis tutum contrà Moſchum ſæpiùs præſtitit perfugium, cujus exercituum, plus quàm 100000.bus conſtantem & rabioſè incurſantē, excluſit ac depulit, nonnunquam in fugam convertit. Item Tawaſthws in Tavaſtiâ, Arx nova ſeu Nyſlott in Savvolaxiâ. (Arx antiqua Epiſcopalis Kusto dimidio miliari Aboâ in inſulâ amœniſſima diſtans, nunc deſolata vix rudera monſtrat.) Cis mare balthicum in Livoniâ ſunt *Revalienſis*, *Rigenſis* cum cæteris partim ſup.lib.1. in Chorog. deſcr. enumeratis; quibus etiam accedunt, invictiſſimæ & omni humanâ vi ſuperiores, *Narvenſis*, Nötebor*genſis*, *Kexholmenſisq̃.* arces, *Iama*, *Coporio*, *&c.* cùm arte tùm naturâ munitiſſimæ. Non enim nunc referam antiquas arces, ſuperiorum ſeculorum bellis deſolatas, *Scilicet cum exterorum Regum inſolentia & tyrannis reprimeretur; ne ex arcibus provincijs graves eſſent exotici ſanguiſugæ, multa loca munita devaſtata & ſolo æquata ſunt:* quorū nunc nomina ſaltem extant; ut Borg & Nääs/ in inſulâ Wiſingzöö/ Eedzholm/ Apeſteen/ Korſholm/ Rumblaborg/ Saxaholm/ Dalaborg/ Ringſtadholm/ Arewal/ Brymſehws/

S 5 Pÿk-

Pykzborg/ Östhammar/ Agaholm. Ståket/ Archiepiscopalis quondam Arx in lacu Måler sita; ita & nobilissima Episcopalis Scarensis, & artificiosissimè simul ac fortissimè constructa Croneborgensis, dimidio miliari Wexioniâ, vestigia saltèm & rudera monstrant. &c. Neq; nunc de arce Lagaholm & Wardberg in Hallandiâ; nedum munitiones in solo Germanico, Svecicæ Coronæ addictas repeto. Sunt insuper aliæ S.R.M.tis & magnatum arces optimè munitæ & ad defensionem aptæ, ut Wisingzborg Läckö/ Hörningzholm &c. Præter alias R. M.tis & procerum domꝰ lapideas in urbibus & ruri, quæ quidem ad habitationem, delectationem & magnificentiā magis comparatæ, ut Suartsiö/ Drotningholm/ Bråborg/ Lynnelsö/ Gåstle/ Wästerwik/ Linköping/ Norby/ Arnö/ Rydboholm/ Wånegarn/ Wijby/ Tullegarn/ Sundby/ Mörebn/ Kågleholm/ Lycknääs/ Greffsnääs/ Wijk/ Finstadh/ &c. aliasq; recentiores quāplurimas; quarum quædam hostili insultui, præsertim absq; grandioribꝰ tormētis facto, sese opponere non ineptæ sunt. In Livoniâ quoq; sunt arces munitissimæ; Parnaw/

Tacke-

Tackerort/Hopsel/Ofwer Pahlen/Wollmer/Ermitz/Wendē/Karkhus/Felijn/Burtnich/Padernorm/Marienborg. &c. Fortissima Wittensteen/ jam desolata est. Ex istis breviter allatis, facilè colligitur, quàm munita Sueciæ Gothiæq; regna cũ subjectis provincijs olim fuerint & adhuc sint, quomodoq; naturâ & arte contra omnem externam vim hostilem ijsdem optimè prospectum sit. Neq;, viros atq; arma haud deesse, ut probem quemquam præstolari autumo, qui in memoriam revocat, & quot hinc olim expeditiones susceptæ, & quot quàmq; gravia bella ab hisce populis gesta; uti nec aliquem ita in mundo hospitem esse ut quot, vel hoc seculo, exercitus, quot turmas & phalanges foràs emiserit, ignoret. *De priscis Svecorum ac Gothorum armis & antiquâ belligerandi ratione tùm Ioh. M. & Saxo sparsim agunt; tùm Ol. M. ex proposito, Lib. 7. de bellicis instrumentis, ritu, causâ & catatelis; quæ apud ipsum videantur: Nec non lib. 9. de campestribus bellis, ut 10. de Navalibus scripsit: Et Lib. 11. de Glacialibus pugnis. Pugnabant olim clavis & sagittis, quin & proximis seculis securibus*: Ut patet ex antiquis rythmis, de Strage

Dano-

Danorum tempore Christiern: II. R. Dan.,
Complures Zolawed/ de Danis fullo Dödha nedh
Dat finem rixæ Danis, Then Swenske Bolyre.
Eric: Ubs: l. 6. p. 138.

Hodiè armis & instrumentis militaribus, cum Germanis, Gallis, Hispanis, alijsq; Europeis maximâ ex parte communibus utimur. Pugnant verò tàm equites quàm pedites Sueo-Gothi & Fenni &c. utrisq; bellatores optimi; Nec enim ulli genti arma tractandi dexteritate cedunt. Quantus verò exercitus non modò brevissimo temporis spatio comparari & educi possit, sed semper tàm pace quàm bello in parato sit, ex articulo 31. Formæ Regiminis clarum est; ubi turmæ cum suis Ductoribus, Tribunis, & officialibus recensentur, equitum, & peditum; qui in omnem occasionem jugitèr aluntur & exercentur. Quinimò ex provinciarum, Ducatuum & Comitatuum numero, de copijs quoq; militaribus facilè fit judicium: cum ex singulis turma seu cohors peditum expediatur; Majores etiam, ut Smolandia, Westgothia &c, duas tresve peditum turmas, & unam equitum ordinariè alant, & in parato habeant. Ut de instructissimo ordinis equestris equitatu

tatu, nunc nihil dicam, quem ingruente bello proprijs sumptib9 ad fines regni educunt, postea à Rege sustentandum. Unde brevissimo temporis spacio, ex indigenis exercitũ, 30000. aut 40000. peditum; 10000. aut 12000. equitum, ultrà 6000. Nautarum, in unum locum S.R.M.tas Svec. facilimè convocare possit. Neq; de hoc Germanis, sat scio, imo nec alijs dubium esse poterit, qui singula ferè signa, *Uplandorum*, *Ostgothorum*, *Smolandorum*, *Westgothorum*, *Helsingorum*, *Norlandorum*, *Fennorum*, *Carelorum* &c. (Regementer vocant) nominetenùs etiam recensere possunt: præter alia subsidiaria & Regij corporis custodiæ destinata, ut (Lijffregementet) vel à coloribus denominata, ut Cæruleũ (Blå Regemente) luteum signum, (Gåla Regementet) nigrum, (Swarte Regementet) Rubrum, (thet Röda Regementet) &c. omnia verò particulariter hîc percensere brevitas non permittit. Conf. P. Lotich: rerum Germanic: l. 32. C. 4. &c. Id obiter notandum, falsum esse quòd exteri passim de Lappis, militiæ ascriptis inculcant. Nulla siquidẽ è Lappiâ vel equitum vel peditum, vel nautarum

tur.

turma educitur.: Sed piscationibus ac venationibus suis intenti domi relinqvuntur.. De re militari Suec & Goth. benè atq; exactè ordinatâ vide P. Berti: Coment: rerum germanicarum lib. 2. c. 16. qui etiam singulis provincijs certum equitum & peditum numerum definitum esse noverat. In Sueciâ Gothiâq; inquit numerantur vexilla sive cohortes duæ & triginta.: Singulæ quingentorum, interdum etiam sexcentorum aut septingentorum capitum.. &c. (Quamvis nunc numerus mutatus sit) Quinimò sola nunc Feñingia, hodiè ultra viginti hominũ militarium, equitum & peditum millia (proût ex certissimis ac fide dignissimis rationibus accepi) effectivè (ut dicunt) numerat. Ex quibus breviter dictis, de terrestribus Sueo-Gothici imperii Viribus & Potentiâ quodammodo constare potest.

CAP. IV. *De Potentiâ Maritimâ.*

QUanta etiam sit hujus Imperij potentia navalis, res ipsa per se loquitur.. Unde *Lotichius* cit: loco inquit: *Ad summam, Sveciæ Regem maritimis viribus, copijs, præpollere in confesso est.* Quantâ cum potentiâ, imò & successu R. Svec: Ericus XIV. supiori seculo

etiam

etiam cum pluribus simul hostibus, satis potentibus, mari quoq; dimicarit, annales edocent. Hinc non nemo utile consilium Reg: Hispan: dedit, (ut publica scripta testantur.) cum Sueco, præsertim ob navalem potentiã, ad firmandas vires, fœderis jungendi. Nec mirum hic facilè instructam haberi classem, cum non modò exercitatissimi Nautæ ex indigenis; urbicis & rusticis maris accolis facilimè cogantur: Verùm etiam omnia ad naves extruendas vel instruendas necessaria, domi inveniantur & tolerabili precio parentur, ut sunt *trabes, asseres, tabulæ, mali, funes, pix, anchoræ; Omnis quippe materies, lignum, ferrum, æs, gummi, canabis, sub imperio Coronæ Suecicæ abundè provenit.* Specimen verò potentiæ navalis ab expeditionibus vel hoc & proximè superiori seculo susceptis, sumi potest manifestissimũ unde quantus fuerit apparatus Classis Suecicæ, quantusq̀, navium numerus haud difficulter concluditur: Rex Ericus 14. Quantas etiam mari victorias reportavit, ex ejus historiâ clarum est unam habuit navim Makalöös i. e. *sine pari*; 200. tormenta vehentem. In majo 1565. classem

ſem 48. navium eduxit. Danorum & Lubecenſium claſſes aliquoties, profligavit, diſſipavit: maris dominium ſibi & Coronæ Sueciæ aſſerens. Portui Lubecenſium imminuit; Ad Mön & Falſterbon vectigal à Belgis alijſq; per porthmum danicum navigantibus, in conſpectu Danorum exegit. Et Rex Joh: 3. ante tranſactionem Stetinenſem 70. naves majores eduxit, minoribus non numeratis, 18. hominum millibus claſſi impoſitis; ut etiam notatum in *relatione de ſtatu Regni Sueciæ ejus temporis apud Philip: Honorium.* Expeditiones navales quanto apparatu ſub R. GUSTAVO Adolpho M. ſuſceptæ, in recenti adhuc ferè omnium eſt memoriâ. *Claſſem* Regiam ê portu Suetico Sandhampn egreſſam, 28. Jun. 1625. Et Dunam Livoniæ feliciter, Deo dante, ingreſſam 30. Jun: ingenioſiſſimus Poëta D. Johannes Narſius eleganti carmine deſcripſit: quod hic brevitatis cauſâ inſerere non licet. Enumerantur autem inibi, præter onerarias, aliaſq; minores, bellicæ naves maximæ & inſtructiſſimæ, hæ ſequentes: Rÿkzäplet/ Tree Croner/ Rÿkz Nyckel/ Rÿkzscepter, Stockholm/ Mercurius, Maria/ Christina/ Apollo, Hector, Elephanten/ Achilles, Siö

Håsten/

Hästen/ Andromeda, Swerdet/ Orpheus, Wästerwijk/ Hannibal, Leyonet/ Mars, Jupiter, Morgonstiernan/ Engelen/ Jonas &c. Neq; enim tota classis hic enumeratur., cum ultra 50. magnæ naves bellicæ, instructissimæ, ordinariè semper in parato sint. Quantoperè etiam anno 1630. cum inclytæ & immortalis memoriæ R. GUSTAVUS M. expeditionem in Germaniam susciperet, mare balthicum, Carbasis Suecicis constratum & exornatum fuerit, adhuc in recentiori est memoriâ, & *à Chemnit: vol. 1. Bel: Sueco-Germ: lib. 2. in editione germanicâ fidelitèr annotatum*; Ubi præter naves magnâ ex parte jam enumeratas, hæ etiam accesserunt: Meermannen/ Stoore Cronan/ Leoparden/ Norköping/ Söderköping/ Delphin, S. Jacob, Lille Stutzer/ Regnbogen/ Enhörningen/ Jungfrwn/ Arbogha/ Nye Swerdet/ Calmar/ Swarte Hunden/ Pelicanen/ Papegojan etc. aliæq; minores, myoparones, struthiones, uti vocãt, celoces ac lembi Classem sequebantur. Quanta etiam quamq; instructa classis triennio post, ad reducendũ Volgasto in patriam funus regium, *sub R. Ammiralio p. m. D. Carolo* Gyldenhielm/ *&c. Nobilitate Sueticâ stipato*, educta sit; ipse coram præsens etiam pullatus vidi, multiq; alij mecum. Taceo itidem Classis Sueticæ apparatum añi

T 1644.

1644. (ubi cum alijs suprà nominatis, rem quoq; strenuè gesserant hæ naves; Småland; Leyonet/ Göteborg/ Nye Fortuna, Swaden/ Jägaren/ Rattan/ &c.) *Paucis; nulla unquam instructior Classis enavigavit, nulla majoribus triumphis opimioribus spolijs, luculentioribusq; victorijs reversa est.* Tantaq; est navium Sueticarum firmitas, tantum robur, ut vel paucæ cum totâ classe turcicâ, facilimè dimicârint. Glorientur alij de multitudine navium, negociationibus & mercimonijs provehendis aptarũ; Nusquam tamen quàm hîc invenietur classis nautica bellico apparatu instructior & marti aptior. Quid enim, Coronidis loco, de pulvere pyrio, qui hîc in patriâ, etiam à rusticis, optimè & copiosissimè conficitur? Quid de tormentis bellicis, majorib⁹ & minorib⁹? Quorum tanta copia, tanta præstãtia; ut orbi non regno solùm sufficere queat. Dicit Philippus Honor. in telatione de statu Regni Sueciæ 1578. tormenta ad numerum 8000 ascendere, & in solâ Stockholmensi arce, 400. se numerasse. At ausim ego indubitatò asserere, & Holmiæ multò majorem esse, neq; à quoquam credi, nedum rationem inire posse (nisi ab illis quib⁹ hæc demandata sunt) quantus sub coronâ Sueciæ tormentorum nume-

Lib VI – 0

numerus inveniatur. Cum ille proximis hujus seculi bellis non modò in immensum accreverit, sed & in officinis indies augeatur. Nec multis in re manifestâ est opus.

CAP. V. *De Divitijs.*

UT verò constet, unde tot ac tantæ machinæ, tantus militum numerus, *tot officiales, pace & bello necessarij*, sustententur, alantur ac remunerentur, divitias hujus imperij, digito quasi, brevissimè monstrabo & attingã. Sunt autem eæ tot ac tantæ, ut admiratione suspicere & stupendam DEi, in hæc borealia loca, benignitatem tacitâ gratitudinis veneratione prosequi faciliùs sit, imò æquiùs, quàm vanâ ostẽtatione, ob mundanam gloriam exaggerare. Divites ac potentes populi & politiæ quædam habentur, quibus ne annuus quidem victus domi suppetit, sed omnia, per mare, per terras alienas, conquirere necessum est; Imò nec ea media quibus instructi quærunt, domi habent, nisi aliundè afferantur. At quid Corona Suecíæ, cui nihil ad sustentationem & vitæ humanæ usũ necessarium natura negavit? Nonne præ o-

mnibus meritò dives judicabitur? *si sursum suspicias, aër omnibus generis volucribus, plenus est;* quales sunt tetraones, sive urogalli, tetraones minores, attagenes, perdices ac similes in delicijs habitæ; Olores seu cygni, fulicæ, querquedulæ, anates, anseres, sturni, palumbes, turtures, columbæ, turdi &c. *Si aquas rimeris, copiosa piscium caterva in mari, in lacubus, in fluvijs ac stagnis occurrit, quæ non modò necessitati sed & delicijs abundè sufficit; alias etiam regiones vicinas longeq́;* dissitas ex suâ abundantiâ sublevans. *Solum si intuearis, lætissima pascua, fertilissimi agri, numerosæ pecudum greges sese offerunt; quin & ipsæ sylvæ, feris varijs, cervis, damis, leporibus alijsq́; scatent*, Unde fit ut omnia hîc victui necessaria minoris veneant; *& Magnates, Comites ac Barones, alijq́; Nobiles*, imò rustici in *Sueciâ ac Gothiâ*, latiùs & minori sumptu, in suis prædijs, vivere possint, quàm ulli in alijs regnis. *Optimæ istæ, fœcundissimæ, maximeq́; naturæ congruentes sunt divitiæ ex agricultura, pecuariâ, piscatione, venatione & aucupijs provenientes*, quibus etiam primi mortalium & deinceps S:cti Dei homines vacàrunt ac delectati sunt. *Unde & Lycurgus, optimum reip.*

sta-

statum introducturus, aurum & argentum relegavit, Chirographa combussit, terram colendam æqualiter dividens. Quantas etiam hîc sylvæ utilitates præstent, divitiasq; contineant, paucis dici nequit. Laudent alij pomos cydonios seu aurantios; nos Sueci haud minores ex nostris arboribus utilitates percipimus. *Ex hisce domos, palatia, templa, naves ædificamus; hinc cortices tegendis ædibus, hinc asseres, tabulas, unde vasa & instrumenta quotidianis usibus apta petimus ac conficimus; hinc picem, oleum & medicinam haurimus; quæ omnia vel una abies, quæ alias vilissima videtur arbor, hîc frequentissima, præbet: ut nunc de quercu, & fago, undè innumeræ suum greges, maximo cum emolumento, saginantur nihil dicam. Betulæ, imò & juniperi lignationi sufficiunt.* Sed quis omnes enmerârit? Mortium a. viscera, si quis scrutari occipiat? hic demùm sese offert Thesaurus ille argēti, æris, ferri, omniumq; metallorum & mineralium, Quem Saxo lib. 2. sub velamine Poëtico indigitat, hisce verbis:

> Insula non longè est præmollibus edita clivis
> Collibus æra tegens, & opimæ conscia prædæ,
> Hîc tenet eximium montis possessor acervum. &c.

Brevitas omnia persequi vetat. Paucis igitur; sub Corona Sueciæ nō modò ad necessariam

 sustenn-

sustentationem facientia, victum & amictũ præbentia, abundè suppetunt; Sed & alijs regionibus ac populis subministrant. Quæ n. majoris sunt põderis merces, cunctæ sub Coronâ Suecicâ abundè proveniunt, & ad exteros etiam deportãtur; Quod ex indice vectigalium mercib9 impositorum luculentissimè constare potest. Ubi species eten9 enumerantur: varij generis æs & cuprũ, rude ac elaboratũ; Orichalchum & inde facta; *Ferrum* & inde confecta, ut loricæ, globi, tormẽta, anchoræ, laminæ &c. Omnis generis pelles nobiliores; *ligneæ materiæ* plurimorum generum, trabes, trunci, mali, asseres, querni & abiegni, alijsq; varijs usibus aptati: *Corium* multijugi generis variè præparatum. *Linum & canabis: frumenti & seminis* variæ species, triticũ, siligo, avena, ptisana, pisa, lini semen: & ex supradictis confecta farina. Tùm *Pix* cocta & liquida, nec non adeps phocæ seu vituli marini, (vel quocũq; modò cōmodiùs latinè efferatur, Suetice Siälträen/& Träen dicimus) Varia *Piscium* genera, salitorum & muriâ conditorum, vel fumo ex siccatorum; ut Esox, angvilla, Capitones, arengæ, oculatæ, lucij, cobites;

bites; Dehinc & alia, utpote mineralia victriolum, alumē, rubrica Suetica, sulphur: Item aliæ merces negociationibus aptæ, ut Butyrum, sebum, caseus, lardū phocæ (Siäl-speck;) cera, caro, adeps; variaq; pecudum genera, ut tauri, equi &c. nuces, smegma, cinis, plumæ, pili alcis, pannus Sueticus, aliaq; arte parata, castoreum, baccæ juniperi, variorumq; generum lapides, mensis, tumbis, ædificijs, molendinis, alijsq; usibus aptorum, quib. accenseantur mel, lupulus; indeq; cerevisia variè præparata, & vinum adustum. Nec non argentum, plumbum &c. Undè patet *Adam: Brem*: non im̄eritò scripsisse; *Sueonia ergò est fertilissima, ager, frugibus & melle opimus extra quod pecorum fætu omnibus antefertur, oportunitas fluminum sylvarumq; magna ubiq; peregrinis mercibus omnis regio plena. Nullis egere dicas Sueones opibus, exceptâ, quàm nos diligimus, sive potiùs adoramus, superbiâ. Omnia n. instrumenta vanæ gloriæ, hoc est, aurum, argentū, sonipedes regios pelles castorum & Marturum, quæ nos admiratione sui dementant, illi pro nihilo ducunt.* Ne minus aptè *Iohan. Hugvetantius*, J.C. Gallus scripsit in *Elogio Sveciæ*, quod æviterno

gentis honori sacrum statuit, anno 1629. cum totum quadrimestre, ut ipse fatetur, panem ei largita esset. Totum allegare brevitas non patitur; paucа excerpam; Post multa alia, ita habet.

Miramur soli tui genium, Cœliq;
Quod prægnans tellus
Sub nivibus diuturnis quasi sub favillis calescat;
Farraq; deinceps subitaneè corpulenta,
Interstitio perquàm exiguo
Virescant, flavescant, metantur, edantur, bibantur.

Et aliquot, de Lappis, interjectis versibus:

Apud te & domitas à te provincias,
Passim visuntur animantes miræ,
Lynx, pardus Sueticus; musq, Hermellinus;
Sciurusve monoculus, quadrupes volans;
Lutraq:, cum Castore;
Mardurusq; Zabellusq;, focus portatilis:
Et viverra, preciosus lucro.
Atq; Ursus, candens irâ, & pelle candidus
Rangiferq;, lacte saturans aurigam suum;
Et epilepticos epilepticâ sanans
Regina cornutarum Alce;
Meliusq; quàm hæc, Bisons notus Cæsari,
Livonicusq;, Urus, domitæ gentis Taurus indomitus
Et Bubalus, nervis valens & mole, sed
Catenatâ nare, ludibriosum spectaculum,
Hodiernæ eheu! icon Germaniæ,
Ad liberatorem suspirantis.
In sylvis abundat abies arbor gigas,
Quæ fronte minitata diu Jovi syderi,
Tandem cedit;
Sed post casum
Neptunum fratrem verberat.
A Notburgoq; & Kexholmiâ, Gustavicolumnis,

Ad

Ad metas usq; Herculis
Aureo-glauca ventilat vexilla:
Victrixq, fere semper, & ditata,
Ad Stockholmiæ sinuosum penetrale,
Per scopulorum ambages,
Ad tutelam (mirum) non ad perniciem natorum,
Millies tergiversans appellitur.
Sed hæc omnia, pygmæorum operulam putas,
Cum stupendis comparata laboribus
Quos exanthlant cyclopes tui,
Dum scrutantur Dalekarliæ intestina;
Specusq; Giganteas, è quibus effodiunt
Metalla, terræ masculæ duros fœtus,
Metalla, inquam, terræ sterilis messem opulentam.
Solum quippe Metallorum ferax, frugum minus est. Sed totum (ut dixi) recensere per pagellarum angustias non licet.

Credo autem ex jam allatis sat manifestum esse, naturam coronæ Sueciæ nihil ad sustentationem & quotidianæ vitæ usum necessarium denegasse; Voluptuaria fortassis nonnulla desunt; sed utinam perpetuò relegentur! Meliùs & res publica & privata valebit; Salubriùs & diutiùs, ut majores nostri victuri sumus. Victum n. nobis convenientissimum, aër, mare, terra, domi suppeditant; vestitui lana, linum, pelles sufficiunt. *Sed objiciat aliquis; Vino tn. & Sale Suecia destituitur.* Vini certè levis & tolerabilis jactura; cum iste, si quis sit, defectus optimâ varij generis cerevisiâ, è ptisanâ & lupulo confectâ, mulso

& medone, uti vocant, (Miöd & mölska) addito etiam melle; nec nō vino sublimato, vino naturali, sapore, colore, odore & efficaciâ sæpe non cedentib⁹, commodissimè repar etur. Nulla igitur nobis imponeretur necessitas potus aut vina exotica inferendi, *dummodò theologi permittere possent, quod Innocent: 8. Pontif. Rom: circa an: Ch. 1486. Norvegis concessisse scribitur, sine vino, scilicet, quocunq; suo liquore, calicem sacrificare. Ut post Crispin: & Volaterr: Pontanus in Chorogr: Dan: descript: annotavit:* Quòd tamen etiam aliqua Sueciæ loca vites ferant & alant, quæ Sacræ Synaxeos usui sufficiant, si cultura accedat, non adeò absurdū videtur; *quamvis ganniat Momus.* Si n. propè Holmiam, & in ipsâ Urbe, uvæ ad maturitatē perveniunt, & hic Aboæ, in horto *Generos: D. Præsidis,* Dn̄i JOannis Kurck &c. jam per aliquot annos maturas uvas enatas, vidimus, palpavimus, gustavimus. Imo & Holmiam ad ipsam S. R. M.tem aliosq; proceres transmissæ sunt; Quid statuendū si vites solo Gothico ac Livonico, ☉li propinquioribus debitâ curâ, inserantur. *Candidus & cordatus judicet; Zoilus omnia ridet. De Sale quid dicam?*

cre-

Credat ne aliquis DEum adeò imitem & naturam ita novercā, ut cui omnia reliqua abūdè contulerint, optimū illud & quotidiè necessarium condimentū subtraxerit? *Materies certè, unde etiam apud alias gentes sal conficitur*, *aqua* vidz: *salsa*, in mari deesse non potest; etsi n. tantam hic non habeat salsedinem atq; in Hispaniâ, vel fontib. germaniæ; ad eundem tn. gradū, beneficio caloris, imò etiā frigoris: (Quod hybèrno tempore congelante aquâ, tenuiores eius partes absumit, salsugine relictâ, ut experientia docet.) Neq; etiam media quibus sal coquitur & concrescit hic deficiunt nimirum calor Solis, nostro horizonti & climatib9 ferè continuè æstate incūbentis, (*quamvis etiam frigus brumale*, uti dictū, *hic adjumento sit*) & præterea calor ignis, ob abundantiam lignorum, negociū facilè perficit; *Cum ars imitetur naturam*: Instrumenta item hic, receptacula sz: aquarum è ligno & asserib9, tolerabili precio conficiuntur, lebetes ahenaq; ex plumbo, quæ commodissima materies, alijsvè metallis, longè minori sumptu quàm alibi habentur? Cur non & sal si conatus & industria accedant? Olim salem hīc coctum fuisse; refert Ol. M. lib. 13, c. 43. & 44. Et rusticos bothnienses, maris accolas, adhuc quotannis aquam marinā, sine compendiis & specioso artificio, rudiser coquere eâq; loco salis.

salis uti novimus; quid si veram artem addidicerint? Hanc verò integritate & eruditione eximius Vir, Magnus Rhalambius Regii Parlamenti hic Aboæ Assessor cordatissimus, longo usu certâ observatione & experientiâ, ipsâq; naturâ eduxit: quam etiam brevi publicæ luci promittit. Ubi pariter & in magna satis quantitate, & tolerabili sumptu, salem in patriâ parari posse, rationibus non levibus, demonstrat. Rumpantur ut ilia momis.

CAP. VI. *De Monetâ.*

AD divitias cum etiã *Moneta* spectet, de eâdem paucâ subjungam: Eam verò semper sub Coronâ Suecicâ optimam fuisse (*ex quo non simplici permutatione ut prisco ævo, sed propriè dictâ emptione-venditione uti ceperunt*) satis constare potest; cum metalla monetæ cudẽdæ aptissima, eaq; optima hic abundent. Unde & in relatione apud *Honor*: de st: regn: Suec: author *taleros Sueticos propter argenti puritatem in Germaniâ inter meliores haberi fatetur.* Et Bertius, *Taleri Suecici germanicis optimis nequaquã bonitate inferiores*, inquit. De antiquâ monetâ, qualis ea in specie singulorum Regũ fuerit, adeò exactè constare non potest, cum pauci extiterint ãtiq;tatis curiosi custodes; ex ijs tn. quæ adhuc remanserũt, èq; terrâ à fossoribus & agricolis nuperiùs erutæ sunt, & apud Magnates nonnullos asservantur, patet,

Regos

Reges Sueciæ ante multa secula, pro insigni genuino & proprio 3. coronas habuisse. Usitatiores a. monetæ in genere fuerūt antiquitus, marca (*quæ nunc 4.tam thaleri partem facit, ut drachma 8.vam*) ora Sueticè Öre (*nunc 32.da pars thaleri*) indeq; deducta Örtugh/ prout & ll:s multis in locis ostendunt. Skilling seu Halföre i.e. dimidia ora adhuc usitatus, 64:tam thaleri partem valens. Usitata etiam fuit superiori seculo sub Christier: 2. item R. Johan: 3. necnon aliquando tempore Gustavi M. moneta cuprea quadrata. Et adhuc magno negociantium compendio, ob faciliorē numerationem quadrata moneta major, quæ 5.10. 20. vel 25. &c. thaleris æquivalet, in usu est, cui, ut & reliquæ monetæ, exteri avidè inhiant. Et certè nostri temporis moneta tàm argentea, quàm cuprea, optima, quod valorē ipso pondere præstet; nec quisquam eo vel mutato vel suspenso defraudari potest. De varìato subinde monetæ valore, alibi fusiùs. Cuditur etiam subinde, præter argentum & æs, aurum optimum: quod prioris & huius seculi nummi satis demonstrant.

CAP. VII. *De Reditibus Imp. Sueo-goth:*

E dictis sup: c. 5. *reditus & vectigalia per se emergunt*; ubi n. *magni proventus &* mercis

mercimonis, ibi reditus. Exactè verò omnia ad certum calculum revocare & summam absolutè definire, cum annuatim aliqua varietas incidat, stolidum puto: utcunq; in descriptiõe aliorum regnorum alii in ista ἀκριβείᾳ mirificè sibi placeant. Quis n. prudens œconomus, rationes accepti & expensi, etiam in domo sua, publicè constare velit? Cum hoc inter *Secreta domestica* meritò habendum; at quantò magis, *Secreta regni*, Secreta erunt? Imò apud nos nisi S. R. M.ti R. Senatoribus & inter illos præcipuè, illust: *R. Thesaurario* ac in ejus collegiũ ascitis hæc exactè rimari fas non est. Unde & author relat: de st: regn. Suec. fatetur se *tributorum summam*, utcunq; magnã adhibuerint diligentiã, *intelligere non potuisse*. Et meritò: non n. oportet nimis curiosum esse in alienâ domo. At flumina, ne dicam maria, redituum Coronæ Suec: ad hosce 4. fontes seu scaturigines paucissimis revocabo: *I. Fodinæ Metallicæ*, argenti, æris, ferri, sulphuris &c. undè incredibiles divitiæ exundant. Quippe cum ex 1. cuprimõte antiq. ultra 15000. põd: naut: (Skippund/ quorum singula 30. cent: tenent) optimi æris colliguntur. Quid de reliquis p universa regna fodinis quamplurimis judicandum? *II. Vectigalia majora & minora*, ẽ mercibus exoticis & domesticis; quæ imensas sumas conficiunt, & invalescentib9 mercimo-

cimonijs invaleſcunt. *III. Tributa ruſticorũ,* coronæ imediatè reſervatorum, *ordinaria & extraordinaria*. Nec non *Urbium & oppidorum collationes*. Hinc comeatus arcibus, locis munitis & claſſi nauticæ paratur. Unde R. Joh: 3. Legato pontificio verè dixit, Bellum quod Regi catholico uno millione conſtaret, ſibi centum millibus thalerorum non conſtiturum. IV. Omnium ordinum, ingruente neceſſitate, ultroneæ ac ſpontaneæ Contributiones, quas in Comitiis requiſiti, pro ratione temporum promittunt, & promptiſſimè præſtant. Quanta hinc argenti, pecuniarum & victualium vis brevi haberi poſſit; Præſens ætas & proximæ tempeſtates edocuere. Sic latiſſimum & immenſæ profunditatis oceanum uno q: obtutu percurri. Sapienti vel verbulum ſatis eſt: Stolidè curioſo nec volumen ſufficeret.

CAP. VIII. *De alijs Coronæ bonis.*

Eſſet hic etiam de alijs publicis bonis agendum; utpote *antiqvo domanio Ubſalenſi*, (Upſala ödc/ cuius mentio fit, Kong: B. L. c. 2. c. 3. p. 4. & 6. ex parte recenſetur p. 2. c. 11. Helſing L. eodem tit.) regis ſuſtentationi olim deſtinato. *Neq; n. de principis bonis privatis, hic agere eſt inſtituti: Et Guſtav: M. ſua allodialia magna ex parte Ubſalenſi Academiæ dicaſſe notoriũ eſt.* Item de Archivis Regni, non modò Cancellariæ, ſed & reliquorũ collegiorum, optimè ordinatis, tùm Stockholmiæ, tùm hic Aboæ, non minùs quã in cæteris ſuis locis. De Bibliothecâ S. R. M.tis, quæ parem in orbe vix agnoſcit. De ar-

mamenta

mamentarijs instructissimis. Exoticotamijs & κειμηλιαρχείοις, ubi ob raritatē preciosæ res asservantur. De granarijs, seu Promptuariis & ærario. De thesauris inventis: Bonis caducis & vacantibus, Dana Arff; publicatis, Ereptitiis, Spoliis & bello acquisitis, aliisq; fiscalibus & regni fiscum augentibus. Sed brevitate excludor, actum est pleniùs Disp. Pol. 7. de Bonis Regni &c.

CAP. IX: *De Fœderibus.*

Fœdera quæ Sueciæ potentiam stabiliunt, potissimum sunt arctissima illa plurium regnorum (de quibus supradictum) unio: Et Sueciæ, Gothiæ, Fenningiæq; plenissima confœderatio. Quæ divino cum auxilio, Suec: Coronam, quibusvis considerabilem facit. Nec defuere tamen olim, magis quàm h. t. cum remotis & vicinis, fœdera utilissima. De antiquis Sueciæ & Angliæ fœderibus, vid: Joh. M. lib. 4. c. 30. Neq; recentiora incognita sunt. De fœderibus cum Christianissimis Galliæ Regibus superiorum temporum in Chronic: Gust: I. agitur: Quam arcta verò fuerint nuperrimè inter hæc Regna fœdera, quamq; sanctè & inviolabilitèr servata, universus orbis admirabundus suspicit. Nec defuere etiam pacta & fœdera cum aliis P:pibus & Rebuspub. Germaniæ & Belgii &c. Adeoq; cum longé dissito, Portugalliæ Rege, amicitiæ vincula nexa sunt. Cum vicinissimis autem vel æterna ut Dan. & Mosco nunc quoq; cum Imp: rom: vel Temporaria pacis fœdera, ut cum Polono, colimus. Quæ tamen perennitatem quoq; brevi induere sperandum.

Imperium tantis fultum REBUSQ; BONISQ;,
Anne, putas, possit dicier esse potens?

LIB VII.

LIBER VII.
DE
Urbibus & Oppidis
Imperij Sveo-Gothici.

CAPUT I.
De Urbibus in genere; & Holmensi in specie.

URBES, pro tanti imperij amplitudine, pauciores videntur: *Causas præcipuè hasce auguror:* 1. *Soli terræq; genium*, cuncta ad incolarum sustentationem necessaria (ut præcedente libro monstratum) producentis. Unde & prisco ævo simplici mercium permutatione contenti indigenæ, certa loca statis anni temporibꝰ frequentârunt, (Köping vocârunt, á Köpa/ id est, emere, unde & id nominis adhuc in quibusdam Urbibus remansit.) Ubi frumentum, lino, panno, piscibus, butyro, caseo, lupulo, carnibus &c. permutabatur. Exoticis autem mercibus multiplicatis, consequenter & Urbes. 2. Urbium raritatem *populi* quoq; *indoles* parit; *Partim* quod sin-

 guli

guli fermè ex plebe, quævis artificia, quotidianis usibus necessaria, exerceant: *Ipsi calceos, ocreas vesteság ruri conficiunt; Ipsi fabrilia tractant, currus aliamá supellectilem parant, ipsi soleas ferreas equinis calcibus aptant; ipsi panes, cerevisiam, vinum, mulsum &c. conficiunt*: Et quid non? Ad Urbes igitur, nisi in solennioribus nundinis, vel animi gratiâ, aut deponendi tributi causâ, (exceptis viciniſsimis) ruriculæ rariùs commeant. *Partim* quòd septentrionales hi, agriculturâ, piscationib⁹, venatione aut *bello & militiâ*, magis quàm negotiationibus delectentur. 3. Facit etiam quòd minùs frequentia hic sint emporia, *situs locorum*; In extremum ferè septentrionis sese porrigentium. Unde non sunt quib⁹ cum merces peregrè advectæ ulteriùs communicentur; quâ commoditate alij in medio, q: *orbis portitores* constituti, gaudent. Sed aliquibus ad sufficientiam allatis incolæ hic acquiescunt. Hasce potiores paucitatis urbium causas habeo, ut nunc de priscâ politiâ, paucis fluminibus navigabilibus, & similibus nil dicam. Aliquas nihilominus etiam antiquitùs fuisse, easq; optimè cõstitutas URBES, *priscæ ll:s municipales de Urbium constitutione, politiâ, & negociationibus ritè* exer-

exercendis, cum ipsâ historiâ sufficientèr demonstrant. Prout quoq; ex insigni quarundam antiquitate, mox infra patescet. Quinq; antiquæ Metropoles in *Sveopentaprotopoli* C. *Ioh. Messenij* videantur. Nunc autem excultis magis artificijs, nec ut olim crudis materijs exportatis, numerus & cum numero dignitas urbium excrescit. *Ego de iys quæ hâc tempestate maximè florent, paucis agam, idq; juxta seriem à S.R.M.te in Comitijs Holmensibus 26. Jan. 1640. confirmatam.* Pleniorem descriptionem & Elogia, maius opus, DEO volente, exhibebit. (*Politicam Urbium administrationem, per Coss: & Senatum &c. sup lib: 5. c. 10. attigi.*)

HOLMIA seu Stockholmia, primū, nec im̄eritò, ob florentissima mercimonia, Regiam sedem & sum̄um tribunal, reliquaq; suprema Collegia, locum sibi vendicat. *Insigne est caput S. Erici, preciosissimâ Coronâ aureâ ornatum.* Suburbij autem borealis est, *excelsus ille mons* Brunkebärg *& supra eum fasciculus* (en Wase) *Coronâ aureâ, infra ingens pons Urbis borealis.* Celeberrimum hocce ac nobilissimum septentrionis Emporium, sub sign: scorp: (*teste Ægid. Aurel Ubsal:*) & gr. 59.

 situm

ſitum, anno Ch: 1260, â fortiſſimo Heroë, D. Birgero Jerl/ Regn: Suec: Adminiſtratore, *R. Erici Balbi* affine, R. Waldemari Magniq; Ladulås parente, loco & ſitu commodiſſimo, inter eximium dulcé lacum Måler/ ipſumq; *balthicum mare*, in inſulâ fundatum eſt: Quam duo utrinq; Meleri oſtia, ingentes molas affluendo ac refluendo circumrotantia, cingunt. *Auſtrale* à S.cto Olao, Norvegiæ Rege, Sueciæ Regem Olaum Skot Konung evadente, apertum traditur: *Boreale*, truncis & trabibus, ad avertendas hoſtium incurſiones, antiquitùs clauſum, Stockſund dictum, *Urbi* nomen dedit. Suec: quippe Stock/truncum ſeu trabem, & Holm inſulam minorem denotat. Illa etenim à tigno poſt excidium Sigtoniæ aquis immiſſo, fataliter huc appellente, derivatio fabuloſior videtur. Neq; etiam palis aut truncis tota inſiſtit, cum in inſulâ firmiſſimâ, maximâ ex parte extructa ſit: etſi viciniora mari ædificia trabibus pro fundamento indigeant. Varia Urbis hujus fata fuere. Namq: Ann: 1297. in ipſo fermè naſcendi principio, unà cum Curiâ ſeu Dicaſterio conflagravit. An. 1330. Dominicâ ante Aſc. Ch. Civitas cum Arce concremata eſt. Feriâ 2dâ poſt F. Paſch: an: 1407. iterum Urbs cum Dicaſterio, & ſimul 400. homines, perierunt. Anno 1419. viciſſim Urbs cum Dicaſterio, & in eo, irreparabili damno, antiquiſſima privilegia, libri, acta & documenta, flammis abſorpta ſunt. An: 1445. 5. April, 3tia urbis pars incendio periit. Iterumq; an: 1458. tota, Arce Temploq; exceptis, deflagravit.

Anno

An: 1554. Suburbium australe, quòd nunc elegantissimis urbibus non cedit, totum in cineres redactum fuit: Posteaq; non exigua eiusdem pars, consimilem fortunam sæpiùs experta est. Et nostrâ memoriâ. an: 1625. tertia fermè Urbis portio, occasum versus (Wästan til; sic n. dispesci solet; östan til & Wästan til) à lacu Mäler ad templum usq; Germanorum (quo loci nunc magnificentissimæ plateæ, *Regis, Reginæ & Regiminis*, Suet: Kongz Gatun/ Drotninggatun/ Regeringzgatun/ &c. visuntur) exarsit. Itemq; ann: 1640. orientalis pars suburbij borealis tota combusta est: Ut alia infortunia taceam. Nunc verò ita enituit, ut omnium istorum malorū planè oblita videatur. Neq; etiam olim, inter tot lævæ fortunæ insultus, domi aut foris dignitatem & authoritatem posuit. In patriâ cynosuræ instar fuit; Ubi mulctæ quævis juxta valorem monetæ Holmensis æstimandæ c. 23. Tingm: B. Exteris quoq; invidis sudes in oculis extitit. Unde & Regum exoticorum, præcipuè Alberti, Christierni 1.mi & 2,di temporib9, longè graviùs quàm ullæ aliæ urbes afflicta fuit: Civibus excarnificatis, muris (*licet frustra, ut sup: lib. 6. c. 1. monitum*) obsidione cinctis, magnoq; demum numero, optimis civium im-

 ma-

manissimè contrucidatis, prout *Crantz. Ioh. M. l. 21. c. 26. & 27. nec non Iacob Ziegleius Lindav. aliiq; graphicè depingunt.* Superatis autem tot tantisq; adversitatibus, sub indigenis vicissim Regibus, ex inclytâ Gustavianâ familiâ, quietem nacta hæc Urbs, prosperitate ac civitijs, pomerijsq; protensis & ædificiorum splendore, populoq; in imensum aucto mirificè accrevit. *Hic nunc stabulantur non modò Sueci, Gothi, Fenni ac Livoni; verùm etiam Germani, sc: Pomerani, Westphali, Mekelburgi, Saxones, Suevi &c. Scoti, Angli sive Britanni, Galli, Belgæ, Moschi &c. adeò ut nullus fermè in Europâ natus, aliquem hic conterrqneum non invenerit,* Tantaq; hic est omnium rerum & mercium affluentia & abundans copia, è reliquis Sueciæ urbibus per lacum Måler/ terrâ utrinq; & mari allata, indigenarum & exoticarum; ut in universo septentrione paré frustra quæsiveris. Unde & Urbis amplitudo indies crescit ac dilatatur; nunc longè lateq; extensa, non tantùm per antiquam insulam & primariam sedem, & ponte annexam minorem, olim Gråmunkeholm/ à Franciscanis monachis ibi viventibus, jam à splendidissimis illustriũ

pala-

palatijs Ridderholmen dictam; ubi cum aliorum Regum priscorum, tùm GUSTAVI M. magnifica sepultura visitur; & per utrumq; Suburbium, vel amplissimis Urbibus palmã nunc præripientia. *Majores, profectò, inter ἀδύνατα* (impossibilia) *numerâssent, immensum Brunchonis montem, magnâ ex parte avehi, nitidissimis ædificijs & palatijs locum dare, spatiosissimasq; plateas per tantam molem excavari ac duci:* Quæ omnia tamẽ auspicijs Augustissimæ R. CHRISTINÆ, &c. & vigilante industriâ p. m. *D. Claudij* Flemming *Ammiralij & Castellani Holmensis &c.* in effectum deducta. Verum etiam per *insulam nauticam*, Skeppsholmen/ ubi *Classis statio*; item per aliam majorem, item ponte annexam, Munckaláget dictam, & latissimam planitiem, Ladugårdslandet/ in immensum extenditur. Palatia hîc passim videre est, reg: P:pum, Magnatum, aulicorũ, mercatorum & civium, ut nunc publicas ædes taceam, quæ splendore nullis exoticarũ urbium cedunt. Undè & hîc Comitia frequentiùs celebrantur; Legatiq; comodissimè excipiuntur. Templa illustriora, præter S. R. M.tis in arce nunc florent, S. Nicolai, S.

Franciſci, S. Claræ, S. Jacobi, Germanicum, Mariæ &c. Schola itidem eſt & illuſtre collegium; adeò ut nihil ad decus & ſplendorē tantæ Urbis deſideretur. Quæ tamen omnia hic inſerere pagellæ vetant. Sic igitur claudo:

HOlmia Naturæ mirandum pignus & artis;
Urbs, quâ nulla ſalo, commodiorve ſolo.
Tu ſedes Regum, trucibusq; invictâ tyrannis;
Mercibus exundans; Juſtitiæq; forum;
Tu Regina velut, reliquas caput exſeris inter
Urbes. Imperii floreat hocce decus!

C. 2. UBSALIA, antiquiſſima Sueciæ Urbs, 7. mil: Homliâ diſtans, à quinto filiorum Magogi Ubbone, ut perhibetur, ad flumen Uplandiæ *Salam* An: M. 1903. ante tempora patriarchæ Abrahami, loco fertiliſſimo atq; amœniſſimo fundata. Ubi non modò priſcorum idolorum cultus viguit, ſed & antiquiſſimorum Regum ſedes fuit: Indeq; *Sueciæ Reges*, in vetuſtioribus Chronicis, *Ubſalenſes* audiunt. Chriſtianâ autem religione confirmatâ Archiepiſcopalis ſedes facta; Nec non Academicâ univerſitate illuſtris, quæ munificentiâ, regiâq; curâ *Guſtavi M.* & modernæ R. CHRISTINÆ Auguſtiſſ: reditibus, numero & claritudine Profeſſorum, & hæc conſequente, ſtudioſorum frequentiâ, adeò

adeò aucta est, ut nulli fermè in toto orbe cedat, paucissimas verò pares agnoscat. *Insigne Urbis est Sacellum S. Erici.* Templum hic, ut olim paganum longè latèq; celeberrimum fuit; ita nunc cathedrale, magnitudine, symmetriâ & artificiosâ structurâ incomparabile est: cujus fastigia & turres altissimæ, undiq; transparentes, velut tornatoris manu fabrefactæ, purissimo ære coruscant. *Intus præter alia ornamenta varia, Horologium seu Tabula astronomica, ☉lis & Lunæ cursum, annos, menses, 7manas, dies, horas artificiosissimè indicans, sumptibus Archiepiscopi Iacobi, pone Altare posita, veteres Astronomiæ haud imperitos fuisse indicat. Tabula Altaris artificiosissimè deaurata S. Erici historiam repræsentat. Cujus Corpus, uti & R. Gustavi I.*mi*, cum ejusdem Reginis, aliorumq; Magnatum non paucorum cineres hìc quiescunt.* In tumulis a. ad antiquam Ubsaliam, dim: mil: distantem Regia funera in paganismo cremata sunt. Ea verò nunc est in hâc Urbe platearum amplitudo, justa proportio, rectitudo, & ædium magnificentia, nitor & elegantia, Nec non adjacētis palatij regij, in edito monte ab unâ parte inaccessi magnificentia, ut Regum Co-

ronationes etiamnum hîc non immeritò frequententur. Encomium aliquando sic exorsus, olim, DEO volente, absolvam.

EN Ego priscorum Sedes Regumq; Deorum,
Sacra mage & Musas quàm fera bella colo,
Ubbonis dicor velut Aula, Vbsalia. Sala
Quam secat & campus cingit ubiq; virens.

C. 3. NORCOPIA, Ostgothiæ Metropolis & primaria Civitas, Urbs splendidissima ac florentissima, 18 mil: Holmiâ distans, cui soli magnificentiâ & mercimonijs cedit; *Panni texturâ, tincturâ, nitidissimæ papyri apparatu, orichalci ingeniosâ tractatione, varijsq; artificijs excellit.* Ab aquilone (Nor) denominata; quod Sudercopiam, miliari distantem, austrum (Söder) versus habeat. *Insigne est prima nominis litera* N *supranotatâ corona aurea, juxtaq; securi aversa, quæ trabe separantur.* Arcem habet adjectam elegantem & validam. Templa capacia, & ædes lucu-lentissimas. Artificiis & negociationibus maximas commoditates præstat ingens flumen Motala/ quod plurimis aliis auctum urbem bisecat, duas inibi insulas pulcherrimas & utilissimas efficiens, in sinum maris, Bråwijkan/ cui urbs adjacet, sese effundens. Loci amœnitas ac fertilitas paucis exponi nequit. Hinc oriundi fuere *Petrus Ioh. Norcop, Gothus* è pijssimis, vernaculâ ling-

lingvâ scriptis notus; & *Doct:. Joh. Botvidi*, *Gustavi M. Ecclesiastes aulicus, posteaq; Lincopens. Episcopus. &c.*

Quæ quondam fuerat tenuis Norcopia pagus,
Eximiæ titulum nunc meritò urbis habet.
Et mostoris erat casa, nunc quæ urbs splendida claret;
Sic solet ex parvis magna ciere DEUS!

C. 4. GOTHEBURGUM, quasi Gothorum arcem seu propugnaculum dixeris, clarissima est Westgothiæ Urbs: non secus ac *Holmia & Calmaria ad balthicum mare*, ita hæc ad Oceanum defensionem præstans. Cujus *Insigne est flavus Leo Coronatus, dextro pede gladium, sinistro 3. aureas coronas, cum pomo, cruce deaurata ornato, tenens*. Fundata est hæc Urbs circa an: Ch: 1607. sub R. Carolo IX. in nobili insulâ Hisingen (cujus partem Danus, respectu Norvegiæ, tenet) è ruderibus Elfsburgi, quò Urbs Nylöös anno 1543. translata, cum vigiliâ S. Laurentii, rupto ponte 60. homines; interq; illos Nobilis fœmina cum 6. ministris, tùm forte adequitans, perire, aucta est. Sed ab incomparabili Heroë GUSTAVO M. nova privilegia simul & incrementa cæpit. Insignis portus commoditas, famosi fluminis Trällhättan mira ministeria, canales & fossæ quaquavorsum per urbem ductæ, platearum amplitudo ac mundicies, situs & adjacentium locorum amœnitas, aër

ris salubritas, soli vicini fertilitas, lucrosaq; commercia, & munimentum humanis viribus invictum, præ alijs hanc urbem comendant. *In Politica Administratione cum cæteris convenit; nisi quòd magistratus majori veneratione prosequuta, non tàm Coss. ut aliæ, quàm secundum Burggravium, Præsides salutet. Officia tamen eorum cum Coss. coincidunt.*

ADspiciunt variis varii hanc obtutibus Vrbem,
Albis cui Gothicus commoda magna vehit,
Mercibus est dives, Gotheburgum dives ab armis;
Hostiles igitur sibilat inde minas.

C. 5. CALMARIA, Antiqua Urbs Smolandiæ, clavis Gothici Regni ad orientem, à quâ fretum Calmariense, (Calmersund) inter Oelandiam insulam & urbem, nomen habet. *Insigne sunt 3. excelsæ acuminatæq; turres, ad defensionem comparatæ, quarum intermedia altitudine excellit.* Sita est loco plano & satis amœno. Mare muro disjungitur, alterum latus aggeribus fossisq; amplissimis clauditur. Arx adjacet invictissima. Cui etiam propugnaculum in mari, Grimskär/ paululùm distans, aquâ dulci gaudens, prætenditur. De frequentibus urbis hujus impu-

pugnationib⁹; ibiq; habitis Comitijs & conventibus, vid: Ol: M. l. 9. c. 21. & seqq. Ubi tamen non omnium meminit. Circulari ferè figurâ est, & ê centro fori, propter plateArum rectitudinem, omnes portas spectare licet. *Ante annos autem aliquot, casuali incendio, maxima urbis pars, cum templo magnificentissimo, consumpta est.* Unde S. R. M.ti ansa oblata, (quod & felicis recordationis Gust: M. meditabatur:) urbem in vicinam insulã, Qwarnholman/comodioris navium appulsus, meliorisq; defensionis gratià, transferendi.

Sive â colle maris, dicta est Calmaria; Sive, ut
Magnus Olaus ait, frigidiore mari;
Est portus præstans, Arx insuperabilis armis;
Hîc prostant merces, exteræ & indigenæ.

C. 6. ABOA, Fenningiæ metropolis, in angulo inter Bothnicum & Fennicum sinus, Åbo q: amnis habitatio, (Åå enim amnis est, & boo-habitare) dicta videtur. Fennis Turku/ i.e. forum audit. *Insigne habet lit: A. 4. rutilantibus in circuitu lilijs decussatim positis.* Montibus Urbs circumvallatur, qui inusitatâ alibi molendinorum alatorum multitudine conspicui sunt. *Magna cum Holmensibus, Urbibus Vandalicis, Batavis & vicinis, mercimonia facit.* Ur-

bem

bem non modò flumen *Aura*, magno emolumento secat, sed & inter alios, fons perennis Cupis Källa/ rivo limpidissimo perluit, amni sese in mediâ urbe infundens. Valdeq; hunc locum decorat templum, An: 1300 in memoriam S Henrici fundatú, magno sumptu variorum Episcoporum magnificè extructum, multá undiq; luce collustratum, nunc quoq; tecto ære fulgente decoratum; Quod interius jam ita exornatum splendet, ut simile paucis in locis reperies. *Aliaq; publica hîc ædificia coruscant, inter quæ Dicasterium Regium, Academia & Urbis Curia &c*, eminent. Arx verò adjacens & munimento & ornamento est; inter quã & urbem deambulatio est jucundissima. Vicina insula Runsala/ thessala tempe amoenitate vincit. Eaq; circumjacentis soli est foecunditas, & piscationum ubertas, ut nullibi minoris obsonetur.

A vulcano sæpiùs dira hæc urbs passa est: Ann: 1310. à Ruthenis direpta & cum templo Cath: exusta; 1425. templum die 8. corp. Ch: iterum conflagravit. 1429. Templum atq; coenobium casuali incendio; Et 1459. templum cum urbe, fulmine tacta, deformata sunt. 1473. Vrbs iterum fortuitis flammis periit. 1510, (al. 1509. 2. Aug:) die S. Laur. Ottoni Ruut prædæ fuit: ut 1522. (al: 1521. 10 Cal. Jun) Severino à Norby: & à Nicolao Andreæ accensa. 1537. die invent: ✝ coenobium igne periit, nunquam deinceps restauratum: ex quo

ex quo tamen 3. adhuc celebres plateæ denominantur. 1546. Maior urbis pars, minori (Lille sidhan Åån) ad boream amnis exceptâ, conflagravit. 1565. Vrbs in cineres redacta; uti & 1569 15 Febr. 1592. 4.ta pars (Måtå Jersfwi) 27. Maii exusta: Et sequenti anno, tota, cum nosocomio & promptuariis ad amnem: quo incendio Consulis uxor, & alii aliquot homines interierunt. Måtå Jersfwi tunc & templo illæsis. Quod tamen iterum 1601 flammis vastatum. 1603. 4 Jun. maxima urbis pars à Cœnobio ad plateam pecorum (Fägatun F. Karjagatu) & Måtäjerwi igne absumpta est. 1618. platea templi, Kyrkiegatun/ arsit: Et 1624. iterum Måttejerwi. Nec omnia infortunia hic percenseri possunt. *Tot malis edocta, acuratā caminorū rationem habere, contignationesq; lapidearum ædiū sic aggere, lateribus & calce munire, fenestras ferreis laminis, ut rapidissima incendia sæpè innocua, ita custoditis, transierint; nisi quod supremum tectum, cortice & asseribus constans, absumptum: aliaq; apta remedia suffocandis flammis adhibere didicerat.* Habita hic Comitia an: 1435. Ubi Engelbertus Regni P:ps declaratus. Et iterum sequenti anno, 3. Cal: febr. Ubi Regni Proceres literas ad R. Eric: Pom: quibus officij & juramentorum admoneretur, dandas unanimitèr decreverunt: Et nisi Ill:bus suis frui permitteret, se eidem renunciaturos, apertè significantes.

JVstitiā ac Musis quoq; nunc illustris A B O A;
Navibus & variis mercibus ante fuit.

C. 7. WIBURGUM, Careliæ metropolis, sub gr: 63. loco ædito ac montoso situm, non modò terrâ, quâ unicâ saltem viâ per aggeres & muros firmissimos aditus patet, ob saxa & rupes cingentes inaccessum, sed & mari fermè clausum, regionē istam inexpugnabilem præstat. *Insigne est W. 3.bus Coronis suprapositis.* Habet etiam arcem vetustam à D. Turchillo Canuti R. Marscho, an: 1293. fundatam, circulari formâ, turri altissimâ, inferiùs 4:dratâ, superiùs 8: gonâ, altissimis aquis, 7:mâ quavis horâ affluentibus ac refluentibus invictissimam. Quæ toties olim Moscorum furorem retudit. Pons huic incomparabili longitudine adjacet. Et portus ac statio navium commodissima, ubi naves magno numero quotannis stabulantur. Templa habet complura; Quod nunc Carelorum sacris servit, olim Cœnobium fuit, hâc inscriptione:

CIↃ CD simul L ter & X superaddito unum.
Artificum manibusq; opus inceptum æviternum.

Enumerat annum CHR: 1481. omnia brevitas notare vetat.

WIBVRGO nullum Mars Mercuriusve probatum,
Ad sua Sacra magis duceret esse locum.

C. 8.

C. 8. NYCOPIA, q: *nova Köpingia*, Sudermanniæ caput est. Urbs etiam maritima ac nitida: Cujus *insigne arx cum eminentibus turribus absq; muris & fossis, latè autem se pandente portâ*. Holmiâ 12. mil: distat. Arce editissimâ hortoq; regio amœnissimo clarés. Viciniam fertilem habet, unde frumento potissimum negociatur. Amplum flumen sinuoso flexu in duas q: urbes secat; quibus singulis singula templa & pastores sunt, Et Navigatio commodissima.

HÆcce novum referat quamvis Nycopia nomen;
Urbs perquàm florens, non tamen ipsa nova est.

C. 9. WESTERVVIKIUM, Smolandiæ Emporium in *Tiustia* situm; nobili portu, naviumq; structurâ claret. *Hic siquidem pix, asseres, trabes, mali &c abundant; quibus quoq; mercaturam exercet.* Non incongruum igitur *insigne* datum; Navis malo, funibus, cæterisq; requisitis parata consistens.

C. 10. GEVVALIA, Urbs est Gestrikiæ antiqua, item maritima; Navigationibus & mercimonijs nota; *Cujus* insigne *lit:* G. (*ut alij volunt Cervus.*) Mediam dividit ingens flumen, duob⁹ magnis pontibus stra-

W tum,

tum, quod amœnam insulã Altråholmen ma- re ingrediens amplectitur. Et dimidio ab- hinc miliari propugnaculũ in mari accurrit. 4. mil. abest Elffkarby/ locus nundinis bis quotannis, ocu- latarum & esocis capturâ, amplo flumine & cataractâ celebris.

C. II. WISBYA, Gothlandiæ Urbs, sub gr: 58. sita, antiquitate, & olim cele- britate conspicua; *cujus vires veteres pomæ- riorum atq; mœnium amplitudo hodieq; ostentant*: Nomen alii a virgine Wissina/ quæ contra R:m Sueciæ Ha- quinum King/ R:is Dan. Haraldi Hyldetand signa pertulisse fertur an: Ch: 326., alterâ manu à Starchatero mutilatâ, dedu- cunt. Alii à piscationibus, q: Wischby/ pronunciatione germanicâ. Commodissimè à *Sinu maris*, qui ad montem Korpeklint imittitur, ubi olim por- tum fuisse, indicia adhuc manifesta testãtur; q: Wikisby/ per elisionem K. Wijsby. Insigne olim V. prout ex antiquis monetis patet; postea muris cincta VV. ha- bet. Ab 8:vo à N. Ch. seculo potissimùm cre- vit, è ruinis ditissimæ quondam Urbis *Pome- ranæ Venetæ* seu *Winnatæ*, varias nationes o- mnigenasq; merces complectens. Templa olim 15. ibi numerabantur. Indeq; anti- quissimum jus nauticum prodijsse constat. Nunc pristini splendoris rudera tãtùm super- sunt. Loci tamen cômoditas maxima est. Quomodo autem quondam R. Suec: Magnus, Birgerus, D.

Ericus,

Ericus, D. Valdemarus Sueci Pipes, & iterum Magnus Erici R. Suec. Norveg. & Scan: urbis huius iura & libertatem confirmârint; uti etiam quomodo nunc postliminiò ad Coronam Sueciæ redierit, alibi expositum est.

C. 12. FAHLUN/ ad ingentem Cuprimontem Dalekarliæ, primùm ante duo lustra Urbis privilegia accepit; Urbibus jam diu ante potentior ac ditior; ultra miliare in circuitu habens. Et insigne furnum metallicum seu fusorium, cum duobus follibus. Hic videre est viscera terrarum non sine stupore spectantiũ scrutantes; Metalla igni & vectibus ex ipso profundo, incredibili calore & labore, eruentes; Machinas è fodinis amplissimis ac profundissimis aquam compendiosè exantlantes; æs torreri, coqui, liquefieri, in tormenta monetam &c. converti. *Specialiora aliàs. Paucis: Sueciam nescit; qui hunc locum nescit.* Nec febris nec pestis hîc unquàm grassatur. Atq; istæ urbes iure stapulæ hactenus gaudent: Quâ prærogativâ de cætero fundandæ proximum huic consequenter locum tenebunt.

C. 13. AROSIA, VVesmanniæ primaria & antiqua Urbs, ad lacum Mäler/ 15. mil: *Fahloniâ* & 10. miliar. *Holmiâ* distans. (Olim Wästraåhrhws/ id est, occidentalis navium statio; ut Ubsalia Östra=åhrhws/ orientalis, dicta fuit.) *Cupri*

ac ferri mercimonijs, Episcopali sede, insigni Gymnasio, celeberrimis nundinis, & antiquâ Arce clara est. Insigne *habet* lit: A.

C. 14. ARBOGIA, limitanea etiam Wesmanniæ Urbs, ad amnem, qui paulò inferiùs eidem lacui Mäler miscetur; (qui insulas tot habere dicitur, quot habet annus dies) Hic artificia & fabrilia summoperè excoluntur. Panisq; optimus pinsitur. Insigne habet Aquilam, expansis alis, & cruribus.

C. 15. OREBROGIA, antiquum Nerikiæ oppidum, juxta fl: Tresa/ lacum Hielmer/ illabentem, in planitie situm; Arce aquis dicti fluminis circumfluâ claret. Insigne, olim prima nominis litera: nunc Aquila est.

C. 16. JUNECOPIA, à vicino fluento, Juna, ac ut putatur, nomen habet; ad littus extremum lacus Wätter in Smolandiâ sita. (*Oppidum magnificis Regum Comitijs memorabile in omni ævo sequuturo, vocat Ol. M. l. 2. c. 19.*) Tempore Gust: M. in commodiorem locum translata, ubi ad boream Wätter/ ad austrum lacusculus Munkesiön munit; ad occidentem Arx firmissima, ad orientem ferè paludes; inter quas & lacum transitus non

adeò

adeò amplus relinquitur. *Incolæ artificijs præcipuè incumbunt ac ditantur.* Regio Parlamento Gothici Regni hic locus nunc valde collustratur. Hîc & in viciniâ sæpiùs visiones atq; miranda contingunt. Jo. Baaz: Hist: l. 7. c. 5. 9. 17. & 19. item l. 8. c. 14. Et recentior experientia idem confirmat. Insigne Urbis est Episcopus cum arce 3.bus munita turrib9, sed pyramide cassis.

C. 17. KOPIA seu *Köpingia, Arosiam* inter & *Arbogiam* ad prædictum lacum Måler in plano sita, mercimonia cum utrâq; nec non *Montanis & Holmensibus* exercet. Celebres item nundinas in Aug: F. Olai habet: ubi innumeri pecudum & taurorum greges, inter alias merces, coguntur. Insigne est Crux longiùs producta, cuius 3. superiores extremitates itidem cruces minores referunt. Ad dextram stipitis, initialis lit: A. notatur, ut ait Messenius.

C. 18. *HElsingforsium*, Nylandiæ Urbs, ad rapidum flumen, unde nomen habet, à R. Gustavo I.mo an: 1550. fundatum, ut mercium è *Belgio & Russia stapula* esset. Nunc ad commodiorem portum, aperto mari viciniorem, translatum eximia incrementa capit. Insigne antiqui Helsingforsii, dimidia esocis cauda; Neoforsii cymba in flumine natans.

C. 19. HUDwikswaldium, al: Hudingsvvalda, Helsingiæ oppidum est, cu-

jus duo latera mare claudit. *Cum Dalekarlis, Iemptis, & Herdalijs ac Holensibus alijsq; negociatur; & situ commodissimo gaudet.* Insigne sunt 3. Caprorum capita, propendente barbâ.

C. 20. Wasa/ *orientalis Bothniæ* oppidum non ignobile; *ad mare situm, loco pascuis & frugibus abundanti.* Insigne, Fasces, infra utramq; extremitatem constrictæ. Suet: (En Wasa.)

C. 21. *Lidcopia, VVestgothiæ* oppidum, 2. mil: *Scaris* distans, ad littus australe lacus Wåner; cui flumen Lida/ à quo nomen habet, urbem pertransiens, se infundit. *Mercatu è sylvis hujus incolæ ditantur.* Insigne est, Episcopus cum suo ornatu sellæ insidens.

C. 22. *MARIæstadium*, VVestgothiæ oppidum est, in fertilissimo territorio Wasbo/ à *R. Carolo 9.no* in memoriam thori consortis *R. Annæ-Mariæ*, Heidelbergensis Elect: Ludovici filiæ, fundatum; Ludosiensibus civibus huc translatis. Ab uno latere magni lacus Wåner sinum habet; ab altero continentem: unde curribus atq; navigijs, commeatus, merces & sarcinæ pariter afferuntur: Nundinisq; quaternis annuatim locupletatur. *Vicina est Regia* Mariæholm/ *flumine*

flumine disjuncta. Insigne Dimidius taurus, ingentib9 cornibus flumini imminens.

C. 23. *Carlstadium*, ab ipso *R.Carolo* 9. denominatum, insulam ab ingenti flumine Carls Elff/ ubi lacui Wäner miscetur, factam occupat, in meditullio q: *Wermiæ* situm. Is locus olim Tingwalla dictus, c. 11. Kong: B. L.L. Equitum lustrationibus, nundinisq; Festo S. Pauli & Luciæ celebris; quæ etiamnum à *Gotheburgensibus* alijsq; vicinis, magno cum emolumento frequentantur. Insigne Castor utrinq: turri munitus.

C. 24. Lincopia, (*à lini mercatu dictam volunt*) inter antiquissimas *Ostgothiæ Urbes* in cujus centro sita, *Episcopali sede, Scholâ & Gymnasio celebris est. Cujus cathedralis ædes sacra, nulli in toto septentrione magnificentiâ cedit; è quadrato lapide tota extructa*: Quæ cineres R. Olai Skotkonungz/ & utriusq; R. Amundi Kålebrännares ejusdemq; Filij. Hic nati Joh. M. & Ol. M. nec non modernus Episcopus Lincop. M. Jonas P. aliaq; clara ingenia. Insigne urbis est Caput Leonis.

C. 26. *Stregnesium*, Sudermanniæ oppidum est, ad littus australe lacus Mäler situm, residentiâ Episcopi, Scholâ, & insigni

Gymnasio clarũ. Celebres hîc nundinæ Santtingen/3. Mar. *Cathedrale templũ tumbis R. Caroli IX. & utriusq; conjugis & Pipis Caroli Philippi, condecoratur.* Insigne ibi S. Petrus claviger & S. Paulus ensifer.

C. 26. HErnösandia, *Bothniæ occidentalis* oppidum antiquissimum, ad mare positum, nundinas habet circa *F. Bartholomæi, quibus nullæ in universâ Bothniâ celebriores.* Insig: eius est, Castor prolixiori caudâ.

C. 27. *Ublaburgum*, primum est orientalis Bothniæ oppidum ad boream; à flumine Blå/ cui adjacet, munitissimoq; ibidem castro, nomen habens. *Magna hîc butyri, salmonum, pellium, luciorum &c copia prostat.*

C. 28. *Torsilia*, q: Torgzhälla; quòd forum, Torg/ super rupe, Hälla/ fundatum notat: oppidulum est Sudermanniæ, ad littus meridionale Mäler; insigni flumine, molendinis, alijsq; commoditatibus gaudens. Insigne est, S. Olai effigies, throno insidens & securim manu tenens.

C. 29. BOrhåås/ *Oppidum est VVestrogothiæ*, in territorio Winhäradt/ ad locum sylvosum ac montosum, juxta fluvium indies incrementa capientem. *Incolæ institores sunt*

sunt impigerrimi, per totum regnum merces, linteum, pannum, utensilia, calcaria, cultros, tintinnabula, forfices &c. venum circumferentes. Vnde & duas forfices insigne meritò accepit.

C. 30. Wånersburgum, à Wåner cui ad occidentem adjacet, dictum; novum sed florens est Westgothiæ oppidum; Cui insigne Navicula expansis velis. Fortalitium adiacet invictum.

C. 31. *Enecopia*, Uplandiæ oppidum antiquum, in solo fertilissimo, ad lacum Måler conditum: unde incredibilis sapidissimorum olerum atq; radicum proventus, Holmiam & aliorsum quotannis defertur. Insigne igitur, 4. lilia, transversis caulibus in crucis modum locata, ostentat. *Hic an: 1491. Rusticorum conventus pro D. Stenone* Sture *habitus, & Nundinæ quotannis feria 20. Nat. Ch. celebrantur.*

C. 32. Sahla; Ad celeberrimas atq; ditissimas Argenti-Fodinas in Wesmanniâ sita, rotundâ figurâ, & plateis latissimis, undiq; in foro, per rectam lineam, concurrentibus. *Nec minora juxta hanc quàm ad Cuprimontem videre est naturæ & artis opera admiranda: fodinas ad 2. stadia vel 300. cubitos, vi ignis,*

excavatas; aquam cavitates fodinarum occupantem, arte extractam, alia artis opera trudere ac continuare. &c.

C. 33. *Sigtunia*, inter vetustissimas Uplandiæ urbes est, ad sinum lacus Mäler amœnissimum, Regia olim sedes & Regni metropolis, à R. Siggone, A: M. 2064. ut Chron: & Hist: asserunt, condita: Sed an: Ch: 1187. à paganis combusta. E cuius cineribus Holmia, tanquam phœnix exsuscitata. *Nunc verò Sigtunia Oppidulum est, piscatione & hortorum culturâ vivens. Ubi 21. febr. nundinæ habentur.* Insigne est diadema regium 2:bus suprâ, unâ infra, stellis resplendens.

C. 34. *Oeregrundia*, item Uplandiæ oppidum est ad mare, in rupe situm, unde nomen habet; ubi optimi nautæ habitant. Aptè igitur insigne nacta, Navim plenis carbasis volitantem.

C. 35. *Telgium-Boreale*, 2.bus mil: Oeregrundiâ, austrum versus, distans; artificijs clarum est; præcipuè rem militarem spectãtib⁹. Utpote *Sclopetorum, gladiorum, loricarũ &c.* Et nunc illustr: Comit: ab Ortala subest.

C. 36. *Hedenmora*, Dalekarliæ oppidũ, Cupri-fodinæ vicinum, à quâ & sylvis lucra capit. Ideoq; insigne præaltam pinum, patulis ramis, ostentat.

C. 37.

C.37. Lindesåås/wesmanniæ oppidum, ad feracissimas ferri-fodinas Lindesbårg positum; quod å ferri mercatu ingentia lucra colligit.

C. 38. *Nobra*, itidem wesmanniæ oppidum, paritèr campestre (aquis tamen ad ortum & meridiem circumfluum) 4. mil: *Örebrogiâ & Arbogiâ* disjunctum; quibus etiam ferrum ex ditissimis venis, Noraberg/ divendit; Nonnulli quoq; ulteriùs ipsi *Holmiam* devehunt.

C. 39. *Askesund*, novum *Nerikiæ* oppidum est: Locus, olim nundinis tantùm celebris, 5. circitèr mil. Örebrogiâ distat. Ad boreale latus, lacus Wåter situm est; unde cum omnibus eidem adjacentibus negociatur; nec non cum montanis in Leerbäck & Snafsunda/ hi dim: mil: abjacent. *Hic magnus optimæ cannabis proventus est.*

C. 40. *Scaræ*, Urbs westgothiæ antiquissima, in ejusdē ferè meditullio à Goth: R. *Scarino*, A. M. 2793. juxta Chron: calculum, ædificata: de cujus antiquâ celebritate & vicinâ arce, multa Joh: M. Ol. M. Messē: alijq;

aliisq; *Nunc insigni templo cathedrali, Episcopali, sede, & celebri Gymnasio tantum nota.* Insigne ei est præstantissima templi cathedralis structura, cum duobus olim cœnobiis.

C, 41. *VVEXIOnia*, locus etiam ante multa secula celebris; ubi S. Sigfridus, primus ibidem Episcopus, templum Cathedrale, circa an: Chr: 909. fundavit: ibiq; sepultus est. Privilegia urbis anno demùm 1341. *à R. Magno Erici* accepit. In medio Smolandiæ, sita magnas habet nundinas 15. Feb. in festo S. Sigfridi, ad quas è Daniâ quoq; mercatores confluunt, & *Birgittæ in autumno.* A saliceto, Wie vel Wide/ ubi condita, & lacu adjacente, valdè piscoso aliisq; confluenti, dicta videtur; Wersiö q: Wiesiö. *Iam diu florenti Schola, sede Episcopali: Et nunc quoq; regio Gymnasio aucta est.* Insigne tenet primam nominis literam, VV.

C, 42. *Bogesund*, westgothiæ oppidum; inter lacum Asund & ingentes sylvas locatū: Insigne habet B coronatum.

C. 43. SUDercopia, *Ostgothiæ* antiqua urbs, quondam omnium rerum mercatu nobilis; nunc florente vicinâ Norcopiâ, multum de antiquâ gloriâ remisit. *Hinc clara prodiere ingenia, Doct: Laurent: Paulinus quondam*

dam Ubsal: *Archiepiscopus*: *Mag. Andreas Prytz Lincop*; *Et M. Petrus* Bjugge *Viburg: Episcopi moderni.* Insigne urbis, olim Leo; iam 4:dripartitum scutum 9. stellis exornatum.

C. 44. *Skeningia*, Urbs Ostgothiæ vetustate celebrata, olim etiam amplitudine & populositate, quod hodieq; plateæ longe lateq; protensæ, & aptissime dispositæ, cum plurimorum templorum ruderibus testantur. A fluento eandem radente, quod autumno & vere, magno fertur impetu, (Skena enim Goth: correptis habenis luxuriose currere significat) denominata est. *Nunc fertilissimorum agrorum atq; hortorum culturâ potissimum alitur. Insignis quoq; ibi mercatus est boum & aliarum pecudum circa festum S. Olai.* Insigne ipsi est, effigies B. Virginis Mariæ, aureâ Coronâ & sceptro ornatæ, JESUM ulnis gestantis.

C. 45. *Telgium-Australe*, oppidum est *Sudermanniæ*, inter sinus maris & lacus Mäler cujus utriusq; commoda participat. *Hic S. Ragnildis, optumi R. Ingonis 4:ti conjugis & S. Erici socrus sepulchrum habetur, in cujus memoriam ibidem fons S.æ Ragnildis denominatur.* Et insigne colitur, Regina sole vestita, dimidiæ lunæ insistens.

C. 46. *Ekesiogia*, Eksiö/ à vicino quer-

ceto.

ceto (*nam quercus* Ek *suet: dicitur*) & non procul jacente lacusculo, (lacus enim Siö est,) nomen habere videtur, & Insigne, quercum 3:bus foliis, totidemq; glandibus virentem. Oppidulum est Smolandiæ, pecudum mercatu negotiationes præcipuè exercens; quas cum viciná Ostrogothiâ aliisq; communicat.

C. 47. *VVadstenum*, Ostrogothiæ antiqvum oppidum est, quod undis lacus Wätter pulsatur; non tàm amplum quàm amoenum: Olim Cœnobio S. Brigittæ & reliquijs celebre. Hodiè domo hospitali, pro lasis, truncatisq; bello militibus: ubi exquisitissima eorundem ratio habetur. Nomen à saxis ad pontem Arcis collocatis, quæ aquis tecta olim ominosa habita, traxisse putatur. *Templis nobilissimis planitiè latè circumjectâ, hortis pomiferis, fontibusq; limpidissimis gaudet.* Insigni verò imagine S. Brigitæ, sellæ insidentis ad scribendum compositæ. *In effigiem Cænobij Vastenensis, quondam celeberrimi à Divâ Brigittâ auxilio R. Magni* Ladulåås *fundatum, & 11.mo inde anno consummatum, quod sexus utriusq; ordinis Brigittini Cænobitæ 4.ta jan. primitùs incoluere, sed 372.bus annis post, vlz an: 1595. idib. 7br. desolatum est:* Ita cecinit Poëta;

Mira

MIra quidem pictura tibi, mage mira sed ipse
Suggeret aspectus, Lector amice, domus:
Par decus eximiæ non conspecturus in orbe
Structuræ: multus convena testis erit!
Sive peragrentur, quæ climata cernit Iberus,
Ausoniæve domus, templa vel ampla Vari:
Gloria Vasteniis tribuetur tanta collossis,
Cedat ut hæc nulli celsa decore domus.

JOHANNES Messenius.

Templum illud Cœnobij adhuc sartum tectum spectatur, Reg: P:pum & magnatum tumbis ac cippis conspicuum; nec non circumpositi horti amœnissimi extant.

C. 48. *Hio*, westrogothiæ oppidulum, ad oppositum lacus Wäter latus jacet, sed australius. Insigne habens cymbulam navigantem.

C. 49. *Skedwikium*, item westgothiæ oppidum; cujus insigne est Icon S.Claræ; baculum tenentis; & in circuitu eiusdem nomen. Vicinum habet fontem S.Helenæ, cujus aquæ vulgò salutares perhibentur.

C. 50. *Biörneburgum*, q: ursorum castrū; *Nam & Ursum pro insigni gerit*: Septentrionalis Fenningiæ oppidum est, juxta ingens ac celebre flumen, non procul à mari situm: Salmonum, aliorumq; piscium ubertate memorabile. Olim Ulffzby dicebatur: quod nomi-

nominis adhuc in templo & parochiâ adjacente hæret.

C. 51. *Raumo*, itidem Fenn: ſeptent: oppidum, cōmodo ſitu ad Bothnici maris ſinū poſitum. Inſigne Crux, literâ R. ad 4 angulos circum notatâ.

C. 52. *Tornö*, Emporium in extremo ſinus Bothnici, ſuper inſulâ, quam flumen efficit, collocatum: Nec procul ab oſtio fluminis in mare mox ruentis, portus eſt commodiſsimus. *De quâ Urbe*, ita Ol. M. l. 20. c. 1. *Labitur ex montibus hujus Aquilonaris Bothniæ (id eſt fundi maris) undoſus, & profundus amnis: qui duobus oſtijs fertur in mare, relicto in medio brevi ſpatio, in quo fundatum eſt oppidum, quod Thorna, id eſt tunita inſula, dicitur: cujus latitudinis elevatio eſt circiter 82. grad. longitu. 42. Eſt autem hoc oppidum in loco plurimùm amœno, & commodo ſituatum: nec aliud emporium frequentiùs in toto tractu ſuppolari, quàm eſt hæc Thorna. Ad ipſam enim confluunt Ruſſi albi, Lappones, Biarmi, Bothnienſes, Fenni, Sueci, Tavaſti, Helſingi, & complures alij, ex partibus Norvegiæ, per altiſſimos mōtes, & vaſtas ſolitudines, ac Iempthiam regionem, & hi omnes partim oblongis naviculis, incitatiſſimis fluvios*

fluviorum casibus aptatis, partim curribus domi- torum rangiferorum, instar Cervorum utuntur, partim etiam pandis perticis, quibus conspersa nivibus juga montium citò superant, celeriq; allapsu concurrunt.

C. 53. CHRISTINÆ hampn, id est *Portus Christinæ*, Novum est Wermiæ oppidū, in patente, ad lacum Wäner/ planitie: duobus amnibus scinditur, navigationibus aptissimum: unde & incrementa capit. Sub clim: 13. elev: pol: 60. gr. situm esse accepi. Quatvor *Philipstadio*, & totidem *Carlstadio* miliaribus abest.

C. 54. *Sundsvvald*, Medelpadiæ novum oppidum est campestre, artificijs manuarijs nobilitatum: ubi bellica instrumenta, *bombardæ, hastæ* &c. optimè parantur.

C. 55. Söderhampn; id est, *Australis portus*, Helsingiæ recens oppidum est maritimum, nobili portu, flumine perfluente, artificijs simul & negociationibus ditescens.

C. 56. *Borgo*, antiqvum Nylandiæ oppidum maritimum, intra Pålingskär situm. Insigne habet, igniarium, seu instrumentum igni eliciendo aptum.

X ARu-

A Ruthenis Nylandiam ad Säckjerffwi an: 1578. invadentib. & Helsingforsium usq; grassantibus malè habitum: qui ingentem illinc Campanam abstulerunt: inde super glaciem de insulis Päling Narviam elapsi.

C. 57. *Nova-Carleby*, seu *Neo-Carolina*, orientalis Bothniæ oppidum est, ad vastum flumen, non procul à mari situm, negociationibus & florenti Scholâ insigne.

C. 58. *Carleby-antiqua*, non procul ab illâ ad boream posita: utraq; fertili & amœno loco à *Gustavo M.* fundata: ut Messe: cecinit:

Utraq; Carlepolis. Gustavi condita iussu,
Sed Pater Vloniam, Vasamq; forensibus ornat
Juribus &c.

C. 59. Vhmo/Bothniæ occidentalis emporium, Angermanniæ proximum, & maximè australe.

C. 50. Pitho/ intermedium est ad amplũ flumen, itidem non procul à mari situm.

C. 61. Lulo/tertium & Tornó proximũ est: Ista cum Lappis negociantur, pisces, plumas, pelles, pro mercibus alijs reddentibus. conf. Ol. M. cit. l. 20. c. 2.

C. 62. *Neo-Stadium*, florens est oppidũ

Fen-

Fenningiæ borealis, ad mare positum, non tàm antiqvum quàm dives. *Vasa lignea ad circumjacentes vicinos, longè etiam dissitos atq; exteros, copiose & lucrosè defert; quibus navigia ad medium usq; malum onerantur atq; explentur: ut non navis sed mons, iisdem viminibq artificiosè constrictis, in mari appropinquare videatur. Quæ navigia, etsi maximè onusta, ob impletas aëre vasorũ cavitates, submersionem minùs metuunt.* Nunc Caput est Comitatus Wasaborg. Insigne habens; duos Lucios, sive lupos marinos.

C. 63. Ekenäås/ q: Quercuum peninsula, in loco amœnissimo sita; Comit: de Raseborg paret & Nylandiæ oppidulum est maritimum.

C. 64. *Philipstadium*, wermiæ oppidũ, à fundatore Pipe Carolo Philippo nomen accepit, in montanis & continenti situm, sub clim: 13. elev. poli 60 gr. 50. m. ingenti flumine in duas partes dividitur. Frumenti aliorumq; commeatuum mercatu præstans; Et præcipuè ferramentorum dives. Nec minus boum & equorũ autumno cōmercijs viget.

C. 65. *Fahlincopia*, westgothiæ oppidũ est campestre: inter montes Myßebårg & Allebårg: olim quàm nunc ampliùs: Summè

fertilis agri ditescens. Frumento quippe & pecudibus præcipuè negociatur. Insigne sunt 3. excelsæ acuminatæq; turres.

C. 66. Allingsåås/ itidem westgothiæ oppidum est; Cervum quercui astantem insigne monstrans.

C. 67. Wimmerby; Smolandiæ oppidulum est, in edito colle situm, quod fluvius Stång/Lincopiam Ostgothiæ transiens, præterlabitur. *Cujus inhabitatores agriculturâ, magis quàm negociationibus occupantur.*

C. 68. *Throsa*, Sudermanniæ oppidum; ubi ingens saxum, seu rupes, è mari Telghium australe navigantibus, sese conspiciendũ offert; (Nautæ vocant horreum Throsæ, Trosa ladu.) *Piscatui hic maximè dediti sunt.*

C. 69. Östhammar/oppidulum Uplandiæ, 2:bus Oeregrundià miliaribus distat. *Piscationibus item quàm mercimonijs magis invigilat.*

C. 70. Åhmola; Daliæ VVestgothicæ oppidum est, ad lac: Wåner in planitie situm, Amne alluitur; agriculturâ, & malorum navalium mercatu, nec non transvectionibus mercium Gotheburgum versus, lucrum quærit.

C. 71.

C. 71. Säther/ est oppidum Dalekarlorum, ubi metallis è montibus, bobus & pecudibus aliundè coactis, fœcunda mercimonia exercentur. *Hic etiā cuprea moneta cuditur.*

C. 72. Mariæfred/ Sudermanniæ oppidum est in lacu Mäler ad arcem munitissimam Gripsholm/ loco amœnissimo ac fertilissimo situm. Atq; hæ Urbes & Oppida, quantum quidem mihi hactenus innotuit, in hanc seriem huc usq; relatæ sunt.

C. 73. Celeberrimæ olim Metropolis Sueciæ, Biörckö/ (*latinè Birca flectunt*) in lacu Mäler/ nunc rudera tantùm apparent: Hæc cæteris quondam totiq; regno, imò & vicinis ll:s dedit; unde adhuc apud Danos Birkerätt/ nomen retinet. Neq; hic inseruntur Lodosiæ, Gambleloos/ Nyloos/ Brätte/ Westrogothiæ, &c. Nedum antiqua ac desolata quondam Urbs Fenningiæ Ulistarä/ postea Wanhakylä dicta, nunc Ulffsby/ non procul Börneburgo; *Quo loci jam prata & arbores virent, ubi olim navigijs transitus patuit; & arcis fortissimæ rudera spectantur.* Neq; alia adhuc vigentia oppida, in numerū veniunt; ut Vallis-

 gratiæ,

gratiæ, Nådendaal/ 2:bus miliaribus A B O â disjuncti, in loco amœnissimo ac fertilissimo; ubi superiori seculo illustre cœnobium fuit, & templum inæstimabile, nostrâ ætate, incendio deformatum est. *Et similia.*

C. 74. Succrescunt & pluribus locis oppida, artificibus & mercimonijs non inculta; ut Gränna in Comitatu Wisingzborg Smolandiæ; Käppö in parochiâ Lapfierd Bothniæ orientalis, medio ferè situ inter Wasam & Biörneburgum; illinc enim 14. hinc 15. miliaribus distat: In Savolaxiâ ad Novam arcem, Nyslått/Ekårdal; In Careliâ Lapwesi/ Måla & Wekelax/ & ejus generis loca plurima; quæ propter insignes commoditates ac opportunitates municipalia seu urbica privilegia expectant.

C. 75. Ut nunc de multiplici nundinarum foro per singulos imperij angulos nihil dicam; incolæ Marknazplatzar vocant: ubi mercatꝰ & negociationes statis anni temporibus, magno privatorum & reip: emolumento, non minores, imò locupletiores, quàm in multis exterorum oppidis, more majorum, exercentur. Locorum nomina hîc allegare

brevis

brevitas non fert: sed illa ex Calendarijs facilè petuntur. Hactenus de Urbibus, Oppidis, & mercatus locis Sueciæ, Gothiæ ac Fenningiæ.

C. 76. Urbes insuper Suecicæ Coronæ subjectæ sunt & parent aliæ etiã clarissimæ; utpote in Livoniâ REVALIA, sub 59. gr, 25. m. lat: & longit: ut putatur, 48. 30. m. ad mare balthicum, in circulo Wirico Ducatus Æsthiæ sita; Livonia enim à fl. Dwina/ seu Dunâ, ad sinum Fennicum, in Lettiam, atq; Æsthiã dividitur, *Hæc in 5q; circulos, Harriam, Wiriam, Alentakiam, lervviam & Wikiam, omnes frumenti tractus fertilissimos.* Fundata est hæc urbs An: Ch: 1230. Sed an: 1566. Sueciæ Coronæ, ut contra Moschum defenderetur, ultrò sese subjecit. Comercijs, portu & jure stapulæ, sive sistendi mercatus, valdè nobilis, indeq; & olim inter Hanseaticas civitates haud infima numerata fuit. Magnis adhuc ædificijs illustris, præaltis muris & insigni fortificatione munita est; A Moscho sæpiùs frustrà tentata. *Democraticè gubernatur, per collegia & societates;* (Gilden & Alderleute.) *Consistorium habet Gymnasiumq; optimè ordinata.* Nunc iterum Episcopali sede insignis. In e-

 jusq;

jusq; arce (vulgò Domen vocant) Generalis [illegible] sthiæ Gubernator residet. Insigne urbis sunt 3. Leones.

C. 77. RIGA, Lettiæ caput, non procul ab ostio Duinæ, quinto abhinc seculo fundata; anno Ch: 1200. muro circumdata; an: 1563. Poloniæ Regi se subjecit; sed ann: 1621. à Gustavo M. Suec: R. vi ad deditionem compulsa est. Prout Rigensium literæ & sincerationes ad Regem Poloniæ, & Ducem Radzivvil, 20. 7:br. 1621. datæ manifestè testantur. Et literæ apologeticæ spectabilis Senatus Rigensis ad eundem P:pem & Campiductorem Polonicum Christoph: Radzivvil apertè evincunt. Ut frustrà sint, q Urbi aliquod crimen inconstantiæ impingere conantur. Hîc 16. 7b. prædicti anni, Rex victor ingressus; cui 25.ta eiusdem mensis Senatus Urbis, cum selectis civibus, homagium in solenni formâ sub dio præstiterunt. De necessitate deditionis, Regisq; Gustavi clementiâ, in literis ad R:m Poloniæ sic, post accuratam circumstantiarum deductionem, conclusère. Itaq; omni humani auxilii respectu nobis præciso, cum ne unus quidem de quingentis illis peditibus, quos Gedano submissum iri R:a M:tas V:ra promiserat, compareret, essetq; res ad extremum

mum adducta discrimen, habito cum Domino Castellano Vendenn, aliisq; Nobilibus tùm Equitum præfectis Capitaneisq; rei bellicæ peritis consilio, rem desperatam esse omnibus conclamantibus, in colloquium descendimus, pactiq; incolumitatem uxorum, liberorum, tùm omnium iurium ac libertatum nostrarum, in fidem ac ditionem Serenissimi Regis GUSTAVI ADOLPHI concessimus. Quâ in re admirabilem victoris clementiam & lenitatem satis prædicare non possumus, qui summâ moderatione animi hanc fortunam suam superavit, ac nos vivere coëgit; idq; supplicantibus nobis benignissimè largitus est, ut si intra triennii spacium pax æquis conditionibus inter utrumq; Regem coiret, cum omni iure & libertate illibatâ, in ditionem Regiæ Maiestatis V:æ redeundi nobis potestas sit. Sanctè coràm S.a R.a M.te V.a affirmamus, idem coram DEI iustissimi & omnium Angelorum facie, in ultimâ illâ mundi disquisitione testificaturi, paratissimos nos fuisse, unà cum uxoribus & liberis omnibusq; fortunis, certissimam oppetere mortem si ulla vel laus vel utilitas ad S.m R.m M.tem V.m & remp: promanare potuisset; nisi quoq; pietas erga DEum & fidei nostræ commissos, à tàm crudeli facinore ac furore nos revocasset; quin ipsam R.am M.tem V.m id improbaturam: persvasum nobis fuisset. Quorum autem culpâ hoc Reipub. Polonæ detrimentum acciderit, DEus iudicabit, qui omnium animorum occultos recessus perspicit. Dum autem facere coacti sumus, quod divina humanaq; iura ac naturalis ratio, tùm omnium gentium laudata exempla permittunt, quæsumus R.am M.m V.m, non voluntati vel ullæ culpæ nostræ, sed fatali cuidam ac immutabili rerum conversioni imputare dignetur: quin summa ope in eam curam incumbat, ut omnis causa fundendi innoxii Christiani sangvinis in cœlum clamantis, è medio tollatur, pax firma tandem stabiliatur, vastationibus ac direptionibus finis imponatur, quiesq; oppressis & defatigatis populis restituatur. Alioquin cœlum & terra testimonium contra iniustos oppressores perhibebunt, & ira divina magis magisq; incensa, iisdem

 doles

dolorem sempiternum inuret. Certè Livonia omnis tantam Christiani sanguinis effusionem nunc nauseat ac horret, &c.
Ex quibus, & vel sole meridiano clariùs ex Apologeticis ad Radzivvilium literis, Vanitas Joh. Werdenhagen dispalescit; qui sino fronte Rigenses cum R. Gustavo collusisse, asseverare non veretur. *Riga ut propugnaculis, muro firmissimo*, turribus densissimis, vallo insuperabili, triplici tormentorum undiq; ordine, duplicatis fossis præacutis stipitibus septis, arce & præsidio militari nunc planè invicta est; ita quoq; mercimonijs, omnibus hujus tractus urbibus longissimè præstat. Insigne urbis sunt duæ turres ad defensionem aptissimæ; inter quas in portâ Leo vigilat: duabus supernè clavibus transversim in sublimi positis; & cruce supra has in medio eminente. *Hic Livoniæ Gubernator residet.*

C. 78. *NARva*, Urbs in rapido flumine cognomini, Livoniam â Russiâ separante, 60. ab æquatore gr. sita, circa eadem tempora quibus Revalia condita est. Dimidio supra urbem miliari horribili fragore flumen præcipitatur, & paulò infra eandem in sinũ Fennicum effunditur. Urbs non tàm magna, quàm valido munita præsidio. *Ad aquas Arx est in quâ Generalis Ingriæ Gubernator residet.*

Ab

Ab alterâ verò fluminis parte, firmiſſima & 3.plici muro munita eſt arx Ivvanagorod, à Moſcho quondam excitata; ſed à GUSTAVO M. armis occupata. Pone hanc arcem fuit ſuburbiũ, Ruſſica Narva, quod à Moſcovvitis, quibus liberum religionis exercitium Rex permiſerat, inhabitabatur, ſed nũc ſupra flumen tranſlatum urbi adjacet. De hiſce tribus, proximè enumeratis, urbibus ſic ſcribit, *Lud: Guicciardinus in deſcript: Hollandiæ*: Amſterodamum e ſolo ſeptentrione bis in anno appellere videas ducentarum, ut minimum, nonnunquam 300:tarum, vario mercium genere, Gedani potiſſimùm Revaliæ, Rigæ & Narvæ oneratarum navium claſſes. In hâc urbe plures quàm ullâ aliâ linguæ ſunt vernaculæ & cõmodiſſimè addiſcuntur: utpote *Suetica*, *Germanica*, *Fennica*, *Polonica*, *Ruthenica* &c.

C. 79. *Dorpatum* Urbs eſt antiqua Epiſcopalis, & nunc quoq; reſidentiâ Superintẽdentis Regiâq; Academiâ & Parlamento clara. Jacet ad Embeccam, lacum Peipis & Wortze Jerwi interfluentem. Ubi victualia, ſi ullibi, parvo veneunt.

C. 80. *Parnovvia*, Odenpoæ Æſtiorum maritima Urbs præcipua, inter Hanſeaticas, cum ſuperioribus, à quibuſdam refertur; à

R: Pane

fl. Parnovv, inter Embeccam & arcem Witztensteen/in amplâ sylvâ scaturiente, dicta. *Situ commodissimo & ad mercimonia aptissimo.*

C. *81.* *Wenden*, antiqua Urbs est Livoniæ, quæ nunc *Illust: R. Cancellario Com: Axelio Oxenstiernæ* paret.

C. *82.* *Felinum*, oppidum item est vetus, hodiè in potestate *Illustriss:* Comitis *Iacobi* De La Guardie R. S. Marschi &c. uti & Hapsal in mari situm.

C. *83.* *Kexholmia*, ad ingentem lacum Ladoga sita, commercijs & navigationibus maximè opportuna est. Et admirabili salmonum capturâ celebris.

C. 84. *VVolmer*, antiqua urbs est Livoniæ, munitione insignis; quæ *item Illustr: R. Cancellarij est.*

C. 85. Käkenhusium, oppidum est Livoniæ, munitâ arce adjectâ notum. Ut nunc de alijs Livoniæ urbibus & oppidis, brevitatis causâ nihil dicam. *Duo etiam in insulâ Osiliâ oppida sunt.*

C. 86. In Hallandiâ, (quàm *quindecim* *Civi-*

civitatum altricem, & sexcentarum quindecim paræciarum rusticarum matrem esse Koldingensis scribit;) Sueciæ Coronæ parent hæ urbes: *Halmstadium*, ad fluvium oceano se infundentem situm, mercatu prænobile.

C. 87. *Lagaholmia*, ad fl. Laga itidem oceanum irruentem; *Ubi celebres quotannis ad festum D.D. Petri & Pauli Nundinæ* celebrantur.

C. 88. *VVardberga*, oppidum est Hallandiæ, ad sinum oceani; arcem habens adiunctam munitissimam.

C. 89. *Falchenburgum*, Hallandiæ oppidum itidem, ad flumen situm non procul à mari; Vbi olim lustrationes militum. c. 11. Kong: B. L L.

C. 90. *Kongsbacka*, id est, mons regius, Hallandiæ oppidum est, mari imminens & Gotheburgo proximum.

C. 91. In Germaniâ quoq; vigore pacificationis inter Imperatorem Rom: & R. Sueciæ, huic coronæ urbes accesserunt non paucæ nec incelebres, quarum passim *Instrumentum pacis* meminit; Inter quas hæ sequentes eminent: In Pomeraniâ *Stetinum*, ad Wiadrum, al: oderam situm; Urbs antiqua

ampla

ampla & Vallis munitissima; Commercijs & illustri pedagio florens.

C. *91*. *Sundium*, aliàs Stralsundium, maritima Urbs munitissima & commercijs florentissima; ut anteà per annos 20. Suecicæ Coronæ confœderata; ita adhuc, salvis privilegijs, Suecica præsidia habet.

C. *92*. *Wismaria*, à conditore wismaro Vandalorum Rege circa an: Ch: 320. florente dicta; alij coloniam Gothorum ex Wisbya, Gothlandiæ Metropoli deductam affirmant ut ait Mercator in Atlante. Cincta est undiq; oppidis minoribus, ex quibus ingens rerum ad vitam necessariarum copia advehitur: Et portu maris præ omnibus alijs urbibus accommodata est: Quò Hansæ socij conventus dirigere, atq; ad eundem in rebus dubijs confugere solent. De hâc & proximè præcedenti vid: multa apud Johan. Verdenh, de reb. Hanseat: part: 3. c. 22. aliosq;.

C. *93*. *Gryphiswaldia* quoq; antiqua Pomeraniæ Urbs, non ultima inter Vandalicas & Hanseatico fœdere conjunctas. Nunc munitissima; Et Academiâ, anno Ch: 1468. erectâ, valdè florente, clarissima.

C. 94.

C. 94. *VVolgastum*, non ignobile oppidū est, ad ingens flumen è mari dulci, in balthicum fluente; à quo nec longè distat; arce munitâ firmissimâ. *Unde im̄ortalis memoriæ Regis GUSTAVI M. Funus, anno 1633. maximâ pompâ, in patriam trajecit.*

C. 95. *Gartzium*, est elegans oppidum Pomeraniæ ulterioris, ad Wiadrum seu Oderam situm, ubi flumen ponte sternitur.

C. 96. *Dam*, oppidum est pulchrum, Stetino ferè è regione, ab alterâ parte fluminis, non procul à Stargart positum.

C. 97. *Golnav*, ad fl. Stargart alluente positū, ulterioris item Pomeraniæ oppidum in loco amœno & commodo jacet.

C. 98. *VVollinum*, oppidum est insulæ, in quâ locatum, cognomine.

C. 99. Sunt & in Insulâ Rugen, quæ peculiarem Principatum constituit, oppida *Bergen* & *Putbus*. Et adhuc in Pomeraniâ egregium Oppidum *ANCLAM*; item *PASEWAL*, cladibus bellicis notum &c. aliasque complura. Ut nunc de *Ducatus Bremensis*

mensis

menſis, (Cujus caput eſt BREMA, antehac Epiſcopalis ſedes, Urbs ad VISURGIM ſita, ædificijs, munitione & mercimonijs inter præcipuas Germaniæ ponenda;) reliquis urbibus ac oppidis, quæ quamplurima eſſe, nemo iſtorum locorum planè non ignarus ignorare poteſt, brevitatis cauſâ nihil dicam; omnes enim in hâc pagellarum & temporis anguſtiâ, hâc vice inſerere planè impoſſibile eſt.

Sufficiat itaq; breviter præcipuas Coronæ & Imperio Sueo-Gotbico addictas Urbes atq; Oppida hîc enumeráße; Quorum etiam, ut & reliquorum, DEO fortunante, aliàs uberiorem ac pleniorem declarationem polliceor. Et quæ hîc conciſè poſita à candido Lectore in meliorem partem accipi & exponi, uti ſpero, ita etiam officioſè rogito.

SUecia *nempe ſuis augetur*, & Urbibus; *ultrà*
Succreſcat voveo! Civibus atq; decus!

LIB. VIII.

LIBER VIII.
DE
FAMILIIS
Illustribus & Nobilitate
Sueo-Gothicâ ac Fennicâ.

CAPUT I.
De Antiquâ Nobilitate in genere.

PRisco ævo nulli inter Suecos Gothosve *Nobiles atq; Illustres* (Adel och Frijborne) habiti videntur, præter eos qui regio sangvine oriundi erant. Unde & omnes antiquiores ac illustres familiæ ab ipsis Regibus originem suam clarè deducunt. Potissimùm ex familiâ R. Ingonis, Inglingaslächten/ (sicut in Daniâ Scioldungar/ & in Norvegiâ, familia regis Haraldi Hårfager) & aliorum. Indeq; Nobilitas etiam ad exteros per *Germaniam, Helvetiam & Hispaniam*, cum antiquis *Gothis* transplantata, prout hist: evidentèr monstrant. Adeoq; etiã Nobiliores familiæ Hisp. se adhuc *Fidalgos* i, e. filios Go-

thorum jactitant. Sic domus *Gusman* è Gothorum regibus originem habere scribitur; Heredia seu Herediarum familia; Gothof: Archont: & Nobilitar. Hisp. item *Comte d' Olivares. de Medinâ*; de S. *Luca &c.* Quin & ipsa domus Habsburgica, unde tot Rom: impp: Hispaniæ aliorumq; regnorum Reges extitere & adhuc existunt, ad Gothos in Helvetiâ sedem figentes originem referre à multis fide dignis, reverà perhibetur. Hinc & ipse Carol. V. se ex Gothico sangvine ortum, gloriæ sibi duxit, ut suprà lib. 2. c. 4. memoratum; & *Lemn: universam totius Europæ nobilitatem è Scandiâ & Gothiæ tractibus proseminatam fuisse asseverat.* Interim & in patriâ clarissimi viri non defuerunt. Cujvis enim ex populo & infimâ plebe per virtutis viam ad summa eniti nunquam denegatum fuit: Rustici quippè, hîc præcipuum regni fulcrum (ne dicam fundamentum) liberi sunt homines, propria etiam prædia possidentes; quæ expeditis in bellum equitibus, ab omni onere immunia & libera præstare possunt, prout §. 2. c. 11. tit. de Reg: & quotidiana experientia abundè testantur. Jura insu-

insuper in proprijs fundis (præsertim minores feras) venandi, piscandi, avesq; capiend, ab antiquo habuerunt. Vota etiam (olim in Regis electione) adhuc & sessiorem in Comitijs obtinent. (Quibus privilegijs omnes aliorum regnorum & populorum Nobiles, utpote Landsassij dicti, minimè gaudent.) Possunt igitur, vel hodiè, Rusticorũ filij per virtutem & eximia in patriam merita, ad summas dignitates exaltari. Scilicet Episcopi, judices, tribuni militum, equitum magistri, Capitanei, Consules & Senatores Urbium &c. præcedente virtute & meritis fieri. Rusticus enim nobis non servilem, ut alijs, notat hominem; sed Bonde quasi Boende dicitur; i, e, ingenuus patriota fundum & bona in regno immobilia possidens. Sic olim En goder Bonde, dives Rusticus dicebatur, & adhuc dici potest. Undè & quidam *R. Ericum 10. cognomine* S. talis rustici filium fuisse asserunt; qui ob excelsas dotes regijs nuptijs & coronâ regni est decoratus. Ita & Sigurd Sirr in Norvegiâ, etsi regio sangvine ortus, dicitur fuisse bonus rusticus seu agricola (En godh Bomand) qui multos

aluit laboratores in agris, agriculturæ & pecuariæ sæpiùs intentus[r]. Snorre St. p. 182. & cum nunciũ de S. Olai privigni sui reditu accepit, in agro apud messores constitutus fuit: p. 190. & 191. domumq; venit ad mutandas vestes priusquàm filio occurreret. Hinc patet quanto in æstimio agricultura & pecuaria, etiam in his septentrionalibus (Non secus ac apud Populum Dei quod S. scriptura docet.) vel olim fuerit, & nobilitatem non offuscârit, nedum sustulerit. Domi igitur pauci quondam fuêre *Nobiles genere* sc: specialitèr sic dicti; ex regibus nimirum per legitimum conjugium descendentes; qui ut plurimùm summis officijs adhibiti; *ut Drotzeti, Marschi, Senatorum regni & Gubernatorum &c.* Cæteri virtute solâ inclarescentes, quorum dignitas temporalis; neq; ad posteros devoluta est, nisi id peculiari facinore meruissent; Quales *Aurati Equites, Legiferi seu* judices provinciales & territoriales[s]. Posteaquam verò sub exoticis regibus, quorum primus erat *Albertus Mechelburgicus*, solennis nobilitandi mos invalescere & frequentari cœpisset; numerus etiam Nobilium magis

ma-

magisq; accrevit; compluresq; nobilitatis grad⁹ olim etiam observatos ex ipsis legibus deprehenditur: utpote 1. *Illustrium* Friiborne/ *Equitum & nobilium de Senatu*; 2. Equitum & nobilium extra senatum. 3. Nobilium equitibus æquiparandorum. c. 23. Kong: B. L.L. Sed nunc ad specialiora.

CAP. II. *De Regijs familijs.*

REges quoniam omnis nobilitatis fons & scaturigo sunt; de præcipuis eorum apud Sueo-Gothos familijs domesticis, initio aliquid notandum. Plurimæ quidem illæ fuére, quarum multæ altâ oblivionis nocte jam sepultæ jacent, indeq; certa earum Genealogia erui non potest; ut nunc primos gentis fundatores taceam. Inter celebriores tamen hæ añotatæ inveniuntur. 1. *Bericonis* illius, etiam in exterorum Historijs celebrati, (*quem alij Bericum, alij Ericum nominant*) qui primus omnium è Scandinavià in transmarinas oras exercitum eduxisse, & longè latèq; imperium propagâsse scribitur. Ejus stemma domi in Solio Sueciæ, Gothiæ & Daniæ, ad octavam usq; genera-

 tionem

tionem perduravit. Ut ex *Iob. Meßenij Theat. genealog. 10. videre est.* 2. Nec minùs diuturnitate celebris fuit fortissimi Sueciæ, Daniæ & Norvegiæ regis *Svibdageri* familia, quæ ad nonum usq; gradum, in solâ masculâ lineâ, continuata legitur ibid: genealog. 11. 3. Nec tacenda regis Svecorum Gothorumq; *Erici diserti* & sapientissimi, qui Julio & Augusto Cæs: contemporaneus fuit. Cujus posteritatis genealogia ad septimū nectitur gradum, usq; *Asmundum* Norvegiæ regē; unde cæteri ejus Regni Reges & Principes antiquissimi originem suam arcessùnt. 4. Cumprimis verò celebris est familia *Ingonis* 1. Regis Ubsalensis, à quo Sveonum reges multo post tempore Inglingar dicti (non secus ac Danorum à Rege Sciold Scioldungar) Unge enim Gothicè filium seu natum significat. Duravit in hoc stemmate regum Suec: successio diutissimè; prout & in Chronic. Norveg. Sturlesonij ad 21.mam generationem extenditur. At ex annalibus Sveciæ, continuatione factâ, insertis etiam *Astride Gothiæ Principe, R. Erici victoriosi fil.* & CHRISTINA *Ingonis quarti filiâ, S. Erici conjuge ad Ericum X.m Suec: Regem*

Regem dilatatur; Ex quo etiam modernum stemma regium, non excluso sexu fœmineo, haud incommode dedu- citur. 5. Ubi etiam Herothi Regis familia per multas generationes in regibus Sueciæ & Daniæ extenditur. 6. Quemadmodum etiam multi Reges Norvegiæ ex familiâ *R. Suec: Olaj* Trätelga *descendunt, usq; ad Olaum Haquini R. Norv. & Margaretæ filium, Magni III. Svecorum R. nepotem*. 7. A tempore Ingonis 4ti Svec: Reg: Anno CHR: 1120 decedentis, duæ familiæ regiæ, mutuâ æmulatione se invicem concusserunt, é quibus alternis reges sumpti, nimirum Svercheri II. Senis (Hin Gambles) & dicti S. Erici, ejusdem Ingonis generi. Svercheri familia in pronepote, R. Johanne juvene ejus nominis I. an: CH: 1222. quoad lineam rectam defecit. pronepos autem ex nepte fuit etiam D. Birgerus Jerl/ de qvo mox infrà. S. Erici stemma, itidem ad pronepotem usq; R. Ericum Balbum, continuâ serie, Suec: Reges dedit. Hujus Regis Erici Lespe sororem, Regis Erici X. filiam ducens fortissimus Ostgothorum, P:ps Birgerus Jerl/ D. Simonis Regis Svercheri Senis filij ex filiâ nepos, Regis Waldemari &

 Magni

Magni Ladulås Parens, novam regum prosapiam excitavit: quæ in Rege Erico 12. Sveciæ & Haquino Norvegiæ Rege, Margaretæ Danicæ marito, (vel potiùs hujus filio Olao) R. Magni, ııı. filijs post quartam generationem defecit. 8. Alienigenis regibus abjectis, qui ultra sesquiseculū hæc regna afflixerunt; (Nisi quod Carolus 8. Sveciæ, Gothiæ & Norvegiæ R. ex antiquâ Bondorum familiâ inter Christophorum Bavarum & Christiernum primum insertus sit, nec non fortissimi Sturæi, regni Gubernationem susceperint.) Tandem felici sydere vicissim illuxit *Stemma Gustavianum*, quod alterum jam seculum, utinam adhuc diu! Regnis hisce maximo fuit solatio, honori & emolumento. Cujus stemmatis Genealogias ex laudatissimis antiquissimorum Sveo-Gothicorum regum familijs, imperatoribus, regibus atq; Principibus Europæ vel sangvine vel affinitate annexas, videat cui volupe, apud Messenium & Chronic: Gust: 1. part. 1. in pr. luculentissimè. Nec in re manifestâ multis opus verbis. Cunctis quippe mortalibus notum Sereniss: ac Potentiss: Reginam CHRISTINAM modernam, Monarcham omni laude dignam, ut immortali gloria præesse; ita majoribus Chri-

Christianis Regib⁹ augustissimis & Heroib⁹, sine intercapedine, summis: utpote patre Rege *Gustavo Adolpho M.* qui vel solus adoriginis celebritatem sufficeret; avo etiam Rege Carolo 9.° & proavo *Rege Gustavo I.*^{mo} Patriæ & Orthodoxæ religionis defensoribus ac propugnatoribus acerrimis prognatam esse. Ut nunc reges priores, Principes, Episcopos & Regni Magnates, heroës excellentissimos, ex quibus illi originem repetunt, brevitatis causâ silentio involvam. Neq; enim omnes, ut dictum, regiæ familiæ antiquiores, minus durabiles aut ex illis descendentes hîc inseri possunt.

CAP. III. *De Pparum & Ducum Familijs.*

REgum priscorum filij jam adultiores, vivo parente, assumptis navib⁹ & centenis aliquot viris, piratas inseqvuti, aut ipsi piraticam exercuerunt, ut de filijs regis Alarici Ingui & Alrer/ filijs R. Ingui Jorunder & Erich; alijsq; antiqvum Chronicon Sveo-Goth: loquitur: & tales etiã appellabantur vulgo reges. (Sed Näås Konungar, quasi peninsulares reges, aut Wijkinger i. e. sinuum maris Domini, Näås enim peninsulam & Wijk sinum maris Goth. denotat.) Nec

 ullam

ullam regionem possederunt, prout cit: Chron: c. 14. in vitâ R. Oysteni refert; *multos tùm regium sibi nomen arrogâsse, quibus nulla terra, ditio aut provincia erat: Reges Maritimi* Siö Kungar: *dicti; qui nunquam ex rivis & fontibus biberunt; neq; sub tecto fumigante dormierunt.* Mortuo autem Patre cum plures essent filij regna primitùs inter eos divisa sunt; unde tot reguli, ut alius esset *Ostrogothiæ*, alius *Sudermanniæ*, alius *Nerikiæ*, alius *Uplandiæ*, *&c.* prout c. 15. Chron: indigitatur, & sup. in Chorograph. descr. innui. Atq; hinc regni vires haud parū dissolutæ, donec tandem unanimi consensu conclusū sit, A. Chr. 241. unum debere esse regē, unamq; regalem coronam Regnorum Sveciæ & Gothiæ prout c, 2, Tit: de Reg: insertum habetur. Regum autem filij, minorennes præsertim, non P:pes aut duces; sed Nobiles, Junckare tantùm dicti sunt: quod varia diplomata & documenta indicant. Ut patet ex c, 16, Erffd B. Helss. L. & literis Varbergi A. Chr: 1243. datis, quibus filius Regis Svec: Magni Erici, Juncker Erich/ Rex Scanorum confirmatur. Hisce tamen jam adultis certi Ducatus aut Principat⁹ assignati fu-

ti fuerunt. Ita R. Magni Ladulås filio natu maximo Regia corona & regnum cessit, Valdemaro Fenningiæ Ducatus, Erico Gothiæ. Sic etiam priscis temporibus multi in historiis Ostro-Gothiæ Principes, qualis Birgerus Jerl/ Benedictus, Folcho, Suno; item Sudermanniæ & cæterorum ducatuum, qui & aliàs passim Duces & Comites Svet: Greffwar & Jerlar nominantur.

Pariter post hereditariam successionem superiori seculo plenè introductam & comprobatam, Duces & P:pes hereditarij declarati. Nimirum Gustavi I.mi filio primogenito R. Erico, 14. Regnum & corona; D. Johanni Principatus Fenningiæ, D. Magno Ostrogothiæ & D. Carolo Sudermanniæ & Nerikiæ Ducatus assignati fuère. Quos tanquam feuda ab ipso *Rege* & Coronâ agnoscere tenerentur. Unde & in Coronatione ejusdem R. Erici XIV. cum is in Regem Sveciæ, Gothiæ & Vandaliæ proclamatus esset, solio insidens; sceptrum alterâ, pomū aureum alterâ manu tenens, astantes *P:pes Iohannes, Magnus & Carolus fratres*, ducales super capitibus coronas gestantes, ordine processerunt, genibusq; innixi homagium, Secretario regio verba præeunte, *Regi* præstiterunt, posteaq; osculo & blandâ palpatione

à Re-

à *Rege excepti sunt.* Sed stemmata ista Ducum & P:pum hereditariorum in hisce regnis plane iam defecerunt.

Sunt tamen & nunc temporis in Sveo-Gothico imperio P:pes, quoad sangvinem maternum ex antiquo stemmate regio Sueo-Gothico videlicet R. Caroli IX.ni ex filiâ & Gustavi M. ex sorore, Seren: olim Catharinâ nepotes; quoad masculam lineam ex antiquâ & celebri domo Palatinâ in imperio Romano-Germanico *à Ruperto imperatore Romano* descendentes; videlicet Celsiss: P:ps *CAROLUS-GUSTAVUS Comes Palatinus ad Rhenum in Bavariâ, Dux Iuliæ, Cliviæ & Montium, Comes Veldensis, Spanheimij, Marktæ & Ravensburgi, Dominus in Ravenstein* S. R. M.tis *Regnorumq; Sveciæ & Gothiæ Exercituum & status militaris per Germaniam Dux Generalissimus*; Nec non Celsiss: P:ceps D. JOHANNES ADOLPHUS, itidem P:ps Palatinus ad Rhenum &c. Cui, superiori anno, Illustr: Comitis D. PETRI Brahe &c. Regni Drotzeti &c. Filia unica illustriss: D. ELSA-BEATA Brahe/ Comitissa in Wisingzborg &c. ex antiquo Sveo Goth: sangvine regio, nupsit. Quibus vitam longævam, conjugium faustum, omnemq; felicitatem devote comprecor!

CAP. IV.

CAP. IV. *De Comitibus & Baronibus Sveo-Goth: & Fenn: in genere.*

COmitum tituli prisco ævo haud inusitati, aliquandiu tamen intermissi; uti & Baronum, superiori seculo in maximè solenni coronatione R. Erici 14.ti ingenti pompâ recepti sunt. Scilicet juramento, à principibus hereditarijs præstito, ab eodem Secretario, *Comites* proclamabantur. D. Svanto Sture in Hörningzholm/ Comes in Stekeholm & Wästerwijk/ Dn. Petrus Brahe in Ridbeholm/ Comes in Wisingzborg/ & D. Gustavus Johanson in Haghe; Com: in Bogesund. Hi primo togâ ex candido damasceno induebantur, posteà per supremū præconem gladio accingebantur, & tandem major tunica superinjecta est. Quo ornatu Regem propiùs accesserunt, in genua procumbentes. Tum Rex *Coronas* eisdem *Comitum* imposuit, & sinistram *maxillam gladio levitèr percussit*, inquiens: *Defendite masculè Patriam vestram & Regnum SUECIÆ.* Indeq; & illi jusjurandum præstiterunt.

runt. Et tandem, quod in proximis præcedentibus Comitijs, ab omnibus Regni ordinibus, unanimitèr conclusum atq; decretum fuit, ut more majorum, quibus Jerlorum dignitas frequentata fuit, *Comitum ordo* postliminiò rursus introduceretur, Tympanorum æneorum & Tubarum applausu promulgatum ac publicatum fuit.

Novem præterea Barones eodem tempore proclamati sunt; videlicet D. Gustavus Olai de Tårpa cogn: Steenbock/ Steen Erichson de Gråffznåås/ Leyonhuffwud; Byrger Nilson de Wijnås. Gabriel Christiernson Oxenstierna de Mörby; Lars Flemming de Sundholm/ Carl & Jöran Gere de Biörckewijk & Ållenöö/ Claas Christiernson Horn de Åminne in fenningiâ; & Erich Göstaffson de öresten. Quod laudabile exemplum, quoniam ad regni decus & virtutis incitamentum spectaret, cæteri etiam ex *Gustavianâ familiâ* in solio successores, optimo consilio sequuti sunt. Nam & Rex *Iohannes III.* fratri surrogatus, in suæ coronationis solennitate, prædictum D. Steen Erichson Leyonhuffwud/ Comitem in Rasborg creavit; Et D. Nicolaum Gyllenstierna de Lundholm & Foglewijk/ R. S. Cancell: D. Hogenschild Bielke de Låckö; Pontum De la Guardie, exercitus Ductorem for-

tissimum

tissimum, & Dn. Claudium Flemming de Swidia titulo Lib. Baron: insignivit.

Et R. CAROLUS IX. D. Swante Bielke de Kräkerum/ R. S. Cancellarium: *D. Nicolaum* Bielke de Saalstadh/ & *D. Abrahamum* Erichson de Ekeberga/ eâdem Baronatus prærogativâ, maximis præcedentibus meritis, exornavit.

Sic etiam Regum maximus, *R. GUSTAVUS ADOLPHUS M.* incomparabilis virtutum æstimator, *Comitem* inauguravit, *Illust: D. Iacobum De la Guardie de* Leckö: Liberos Barones verò Prælust: Dn. Carolum C. Gyldenhielm L. B. de Berqwara/ Regni Ammiral: generalem; & D. Johannem Skytte L. B. de Duderoff/ &c.

Nec infima laus est *Sereniss:æ ac Potentissimæ Reginæ Modernæ* D. CHRISTINÆ *Svec: Goth: Vandalorumq; Reginæ &c.* quòd ingentia merita, illustrium virorum, præclarasq; virtutes, Sago togaq; arte & marte declaratas, in suis fidelibus subditis, consimilibus titulis, dignitatibus & honoribus, ac nobilitatis privilegijs, remunere-

neretur, excitet, confirmet. Prout infra modò patebit. Cumq; laudatissimæ & immortalis recordationis R. GUSTAVUS M. omnem mentis aciem in Patriæ commoda cunctorumq; ordinum incrementum intenderet: Specialiter ad amplificationem, decus, honorem & emolumentum Equestris ordinis non modò eiusdem privilegia confirmavit & adauxit; verùm & Illustre Collegium (Ridder-Hus vocamus) in ipsâ metropoli Holmensi excitavit; ubi in Comitiis & conventibus publicis omnes Illustres & Nobiles congregantur, consultant, deliberant atq; vota habent per tres classes, prout matriculæ inserti sunt, hoc ordine.

CAP. V. *De Primâ Classe Illustrium.*

Ad primam Illustrium Classē referuntur.

COMITES & BARONES, hisce titulis & gradibus à Sueciæ Regibus condecorati; qui uti & cæteri, secundum ordinem quo in *Illustre hoc Collegium* recepti, sessiones obtinent, hâc serie:

COMIT: BRAHE de Wisingzborg.

Hæc familia velut ordine prima, ita etiam inter præcipuas ex antiquo Regū Sveo-Gothicorum sangvine originem trahit: Quippe *D. Andreas* de Mohammar/ qui ante tria secula vixerat, *R. Svec: Svercherum sen:* agnatione masculâ attigerat; cujus pronepotis *D. Israëlis Birgeri, senatoris Regn: svec: in* Regis

novi

novi electione ratio habita:Qui tn. sceptrũ sui Regis amori postponens, cum eodem Norvegiam exul petijt. Hujus matris patruus *Gothiæ P:ceps & Regni Gubernator Dn. Birgerus* Jerl/ *R. Erici 10. Sororius; & Regum Waldemari & Magni* Ladulås parens fuit. Ex eodem stemmate erat *S. Birgitta*, nempè prædicti *D. Israëlis soror*; quemadmodum ejusdem ex filiâ abnepos *R. Svec: Carolus 8.*vus cujus ex sorore nepos fuit *D. Ericus* Johanson Wasa de Ridboholm/ *R. Gustavi 1.*mi parens. Hic *R. Gustavus* sororem unicam D. MARGARETAM Wasa/ *Dño Ioachimo* Bragde/ Eqv: Aurato & Reg: senatori in matrimonium dedit. Quorum filius D. PETRUS Brahe senior, ut R Gustavi I.mi ex sorore nepos, ita trium Regum (z: *Erici 14.*ti *Ioh: 3.*tii & *Caroli 9.*ni consobrinus sive amitinus fuit; conjugis etiam sororem, *Dn. Catharinam* Steenbock *Reginam* vidit; necnon hujus & illius amitam *Margaretam* Leyonhuffwud/ itidem Reginam Sveciæ. Vitricus eiusdem D Petri Brahe Sen: factus D. Comes Johannes de Hoija; cuius filius, Com: Joh: de Hoija Iunior, Comitis Petri Brahe frater uterinus, ultimus in illâ familiâ & Episcopus Osnabrugensis, Mindensis & Paderbornensis fuit. Unde Illust: familiæ

Com: Brahe haud exiguum ius & prætensio, adversus domum Brunsvicensem, de relictis ab ipso allodialibus atq; mobilibus bonis enata. Ille, inquam, D. Petrus Brahe senior ab Erico 14.to Svec: Rege *Comitivam*, uti dictum, dignitatem accepit; & Comes in Wisingzborg/ itemq; L.B. de Rydboholm & Lindholmen inauguratus est. Nec modò Regni senator, verùm etiam Drotzetus sive Archidapifer fuit. Quæ dignitas hanc familiam diu in filio, D. Com: Magno Brahe comitata; nunc etiam in nepote, Illust: Dn. PETRO Brahe &c. immortali cum laude reviruit.

Nec tacenda hic laus fortissimi Herois, *D. Nicolai* Brahe *Com:* de Wisingzborg &c. qui (ut Frater, prædictus D. Petrus Brahe/ legionis 8 cohortium equitum Smolandicorum Ductor.) 8. cohortium peditum Ductor *R. Gustavum M.* anno 1630. in Germaniam comitatus est. *Hic inter alia præclara facinora, & egregia fortitudinis specimina, ob quæ Regi charissimus extitit, primus Rhenum, primusq; Lycum, nobilissima Germaniæ flumina, armatâ manu transijt tandemq; in prælio cruentissimo ad Lutzenum unà cum Rege suo, fortissimè pugnans, victoriis onustus Anno 1632. 6. Novembris lethaliter*

vulneratus est. Filium posthumum, sibi *cognominem*, ingentis spei nunc JUVENEM, & filiam Com: *Elsam* Brahe Illust: Com: Erico Oxenstierna Generali Æstiæ Gubernatori, ante sesquiannum nuptam, reliquit.

Interfuit etiam pugnæ isti famosæ olim, 4.to à nat: Christo seculo, in campis Bravallinis Smolandiæ, à parte Svec: R. Haquini Ring victoris, contra Haraldum Hyldetand Dan. R. heros quidam Brahi/ teste Sax: Quem ex eodem stemmate fuisse haud absonum videtur.

Comit: Leyonhuffwud *de* Raasborg. Quæ familia Reges itidem sangvine & affinitate, quàm proxime, attingit. Siquidem *D. ERICUS* de Lobolmen, Eq: Aur: & *Gubernator Westgothiæ* generum habuit *Regem Gustavum I.* itemq; ex nepte ac pronepte *R. Gustav.* & *R. Ioh. III.* affinitate sibi junctos. Illius D. Erici fil. D. Steno Comes in Rasborg & Gräffsnääs/ jam vitâ functus, cum pro R. & patriâ cecidisset, in solatium conjugis & liberorum à *R. IOHANNE III.*tio uti dictum, *Comes* est proclamatus. De quo stemmate elegantes apud *Messen: paraphr. in Theat: Nob: Svec. c. 19. p. 14. Schinneri*, versus extant. Ex quâ familiâ insignis adhuc Heros superest, Illust: Com: Gustavus Adolph*us* de

de Raseborg: egregiâ fortitudine etiam in bello germanico clarus, unà cum fratribus illustrissimis ac fortissimis.

Com: De La Guardie in Leckö.

Hæc familia, ut nomen indicat, e Galliâ est. Quippe 1). Pontus De La Guardie, heroicâ in bello Moscovitico fortitudine, (ubi superiori seculo exercitus ductore egit strenuissimũ) sub R. Johañe III. declaratâ, Baronis titulũ meruit: veluti deinceps *filius Illust:* Heros *D. Jacobus De La Guardie,* Com: in Leckö nunc Regni Marschus &c. Parentis virtutem non modò imitatus, sed summâ felicitate supergressus, Moschorum terror evadens (Cuius gesta linguâ ruthenicâ in symposiis passim Moschovitæ cantant) comitivam ab incomparabili virtutum æstimatore *R. Gustavo Adolpho M.* dignè assequvutus est. De quibus etiã extat carmen *Schaumij in cit: Paraph: c. 19.* Supersunt & ingentis spei filij ex conjuge illust: Com: Ebba Brahe de Wisingsborg &c. *Illust: Comes D. Magnus Gabriel, General:* Livoniæ Gubernator, cui nupta Celsiss: Princeps MARIA ELEONORA Com: Palatina ad Rhenum &c. Serenissimæ RE-

GINÆ

GINÆ amitinæ. Necnon; *D. Jacobus Casimirus*; *& D. Pontus Fridericus De La Guardie*, Comites in Leckö/ L. B. de Ekholmen &c.

Comit: Oxenstierna *de* Södermöre.

Comitiva hæc primùm Illustrissimo Heroi, Regis GUSTAVI M. fidissimo Nestori, belli pacisq; arbitro, *D. AXELIO* Oxenstierna/Regni Svec:Gothiæq; Sē:& Cancellario inæstimabili; ob res plus quàm humanâ prudentiâ felicissimè gestas, fidelem ac faustam rerum in Germaniâ, *nutu S.R.M.tis Illustrißimorumq́ Regentū*, directionem; & immensa in patriam merita, restitutâ inter Svecos Danosq; anno Chr: 1645 pace, *à modernâ Reginâ Sereniß:â ac Potentiß:â D. CHRISTINA, Reginâ nostrâ Clementissimâ* collata est. Stem̄a Oxenstierniorum antiqꝫssimū est, in quo longâ serie abavi ataviq; Regni primates, Senatores, Gubernatores & A. Eq: numerantur; quales, *D. BENEDICTUS Nic: fil:* Eq: A. & Sen: Regni an: 1379. *D. Benedictus & D. Nicolaus fil:* D. Johannis

hannis de Saalstadh fratres, in absentiâ R. *Christoph*: & ab ejusdem morte an: 1442. Regni Gubernatores fidelissimi; *Dn. Iohannes Benedicti* de Saalstadh Archiep. Ubsal: & Regni primas, qui *R. Carolum* 8. deposuit. Cujus laudes vid: *apud Messen: & Ioh Magn*. Sangvine quoq́, & affinitate hanc etiam familiam Regibus conjunctam *Theatrum Nobilit: Svec*: satis superq́; edocet. Quantam etiam laudem mereantur hiij superstites, tanto parente dignissimi, *Illustriss: Comes Iohannes* Oxenstiern *a Regn. Sen*: *& tot jam annos, tantoq́ cum successu regius in Germaniâ Legatus & pacificator*: Nec non *Illustriss: Comes Ericus* Oxenstierna/ Generalis Æsthiæ Gubernator &c. Universo orbi satis in propatulo est.

Comit: de Wasaborg.

Cujus domus Antesignanus &, volente altissimo, propagator existit *Illustriss*: D. GUSTAVUS, GUSTAVI Magni haud degener proles, Comes in Wasaborg/ Lib. B. in Wibyholm & Dominus in Saris/ Regni Senator, & S. R. M.tis Consiliarius; qui ut Reges numerat avos atavosq́; ita heroicis virtutibus splendens, eximia fortitudinis documenta

menta, non sine sangvine & cicatricibus, in bello Sveo-Germanico reliquit. Ut igitur filios atq; nepotes tantâ stirpe non indignos videat, tota patria exoptat.

Comit: ab Ortala.

Quam comitivam primus meruit fortissimus Heros Illustr: D. Linnar Torstensson/ Comes in Ortala/ Lib. B. in Wijersta/ Dominus in Forstena/ Resta & Rasich/ Regni Senator & Campi-Marschallus; antiquo ac nobilissimo sangvine Sveo-Gothico satus[a]. Cuius gesta, fortunam & virtutem militarem, vel hostes ipsi in proximis bellis Germanico & Danico obstupuerunt, omnisque posteritas perpetuò admirabitur. Unde & eidem hanc dignitatem, quivis sinceri patriotæ ex animo gratulantur; & ut in Illustriss: filiis magis magisq; efflorescat, unanimiter comprecantur.

Nec isti solùm Comitatus, intra regnorũ Sveciæ Gothiæq; limites siti, ad illustre collegium p. t. referuntur; verùm etiam *Comitatus* Pernaw *in Livoniâ*, quem Illustriss: Com: de Thurn/ ex Italiâ quidem & Austriâ oriundi; Sed ut in Bohemiâ, Moraviâ & Germaniâ *Com: Henricus Matthaus Thurrensis*, cum filio magnis gestis noti; ita ingentibus meritis præclarissimè, à filio, patre & avo, in bello gestis, *Corona Sveciæ* devincti

 vincti

vincti, tenent. Quorum hic mentio inseritur, idq; sine ullo præjudicio cùm comitatus extra regni, strictiùs accepti, limites jaceat (etiamsi prædia non pauca in ipsâ Sveciâ obtineant) nec certam adhuc sessionem in illustr: collegio designatam esse cognovi. Hanc autem & locum assignare, S. R. M.tis & ipsius illustris collegii esse, cuivis prudenti constat. Quorum decreto & dispensationi, in Majori Opere, me lubens accommodabo. Et hæc de Comitibus Sveciæ, quos hactenus in hanc seriem illustris collegii relatos intellexi.

BARONES HI NUMERANTUR.

Steenbock de Torpa/ Öresten & Cronbäck.

Quæ familia etiam perantiqua est & complures olim Regn: Svec: Armigeros, Legiferos & Castellanos, Regum consangvinitate ac affinitate celebres, suppeditavit. Primus in eâ D. Gostavus Steenbock/ Ostrogothiæ Gubernator, Regniq; Marschus, Liber Baro est salutatus; cujus filia D. CATHARINA Gustavi I.mi tertia conjunx & Regina Svec: 60. post ann: in castissimâ viduitate agens, à quàm plurimis Regibus, Reginis, & Imperatrice ipsâ, mater salutata fuit. Supersunt adhuc ex eodem stemmate in utroq; sexu magna lumina, excelso loco fulgentia.

Oxen-

Oxenstierna de Mörby.

Quæ familia eadem cum illustriss:ª de Kimitho primordia agnoscit. In hâc illust: D. Gabrielis Gustavi, illust: Regn: Cancellarij fratris germani, ante aliquot annos Regni Drotzeti, filij & nepotes florent; in aliâ Illustriss: Regn: Thesaurarius D. Gabriel Benedicti, cum filijs & nepotibus coruscat. Nec desunt in eâdem familiâ, ex aliâ tamen lineâ, viri fortitudine incluti.

Horn de Aminne in Fenningiâ.

In quâ familiâ, etiam antiquâ, primus L. Bar. extitit D. Claudius Christierni, R. Erici 14.ti Amiralius, qui superiori seculo classem Danicam Lubecensi junctam vicit & dissipavit; adeoq; in freto Öresund/ in conspectu Dan: vectigal aliquandiu sustulit. Ipsi cognominis adhuc, magnâ cum laude, superest nepos; ejusq; filij & nepotes.

Gyllenstierna de Lindholmen.

Hoc stemma, adhuc in Sveciâ, Poloniâ & Daniâ florens, ex Ottincaro, regiâ Danorum stirpe prognato; (*Cujus Saxo lib. 10. & Crantz. metrop. meminerunt.*) Andr. Vellej. juxta Ad: Brem:

Brem: deducit. In Sveciâ certè perantiqvum est; à D. Nicolao Catilli Eq: A. & Sen: Regni Svec: ann: Chr: 1360. originem repetens. Hinc per D. Ericum de Winstorp. Eq Au. & Castellanum Borcholtensem, cui CHRISTINA filia R. Caroli 8. nupsit, regiâ affinitate decoratum. Ex quo non pauci regni Senatores, Drotzeti & Cancellarij alijsq; summis officijs claruerunt. Vid. elegans Haslobii carmen, in paraph. Messen: p. 141.

De La Guardie de Eekholmen.

De qua familia suprà. Est enim ex eadem origine cum Com: de Leckö. At quoad lineam masculam in D. Johanne De La Guardie Regn: sen: ante aliquot annos decedente, desijt.

Skänck de Teutenborg.

Origine teutonica est, in Svecia jam etiam sepulta.

BJelcke de Saalstadh & Kräkerum.

Prosapia ante annos 350. per E. Auratos Regni Senatores, variosq; Magnates & Regni Gubernatores, Cancellarios & Legiferos, originem deducunt. Birgitta D. Turonis

ronis de Kråkerum Eq: A. filia R. Caroli 8.vi conjunx fuit. Ut *Gunnila* D. Johannis Gubernatoris Ostrog: filia, R. Joh: 3.tii: atq; Johannis Ducis Ostgothiæ, & Reg: Svec: P:pis hereditarij mater. *Huic etiam ævo incomparabili Eloquentiâ & eruditione, vel in exteris admirationi fuit D. Steno Bielcke regni Senator & Legatus regius: Aliiq; excellentes Heroës ex eâdem adhuc florent.* Add: encomium Schinneri quod habes Messen: paraph: c. 16.

Gyldenhielm de Bergqwara.

Hunc Baronatum meruit illust: D. Carolus Gyldenhielm general: nunc Regni Ammiral: &c. Rege Carolo IX.no genitus; Ob præclara in patriam merita, & duodecennales in Poloniâ carceres. In cujus insignia, non inconcinnè, sic Poëta cecinit.

Herois hoc insigne, Lector, Caroli;
Galeâ decorus aureâ qui nomine,
Re Palladis Martisq; dignus tegmine,
Bellator eruditus atq; strenuus.
Rex Sveciæ huic insigne fortitudinis
Testem Leonem, præmii loco dabat.
Vinctum sed esse vult leonem compede,
Captivitatis indicem Polonicæ,
Quam pro parente ac patriâ Heros pertulit,
Senis bis annis; parte mediâ temporis
Ferrata, contra pacta, portans vincula,

Con-

Conclusus arctè; & aere & foeo carens,
Taurina & illi sunt dicata cornua,
Sertum rosarum quæ suave separat:
Frangentis hostem roboris iustum decus,
Victoriæq; gloriosa præmia.
Huic Nympha trinam innecta nymphæam gerens,
Ribbingiorum nata prisco stemmate,
CHRISTINA, Martis quæ dolorem temperet:
Ac dulce refrigerium in ærumnis ferat,
Natura plantæ ut frigus efficax dedit.

Skytte de Duderoff.

Ab illust: D. Johanne Skytte; eruditione, prudentiâ & eloquentiâ incomparabili quondam Heroë, R. Gustavi Adolphi juvenili institutione, varijs legationibus, senatoriâ dignitate, alijsq; gravissimis negocijs felicissimè gestis, immortalem memoriam meritò cepit; & adhuc in illust: filijs & nepotibus eadem familia mirificè crescit. *Uterq; hic Baronatus Gyldenhielmianus & Skyttianus â R. Gustavo M. in præmium virtutis collatus est.*

Spåns. Familia origine Anglica est; sed per merita in regni Svec: illustre collegium recepta.

Kissvinhäller. Ortu germanica; sed pari de causa hîc incorporata.

Sparre

Sparre. Antiqua valdè in Svecia prosápia Regibus, ante complura secula, affinitate juncta. Nam D. Nicolaus Sixtensson/ Regni Magnas (*cujus parens erat Dn. Sixten de Tofftа R. Armiger*) quadringentis abhinc annis Måretam R. Erici X.mi filiam, R. Erici XI.mi sororem, conjugem habuit. Indeq; permulti regni Drotzeti, Marschi, Cancellarij, Armigeri & E.A. fuêre. Hinc *Margareta* filia D. Caroli de Tofftа R. Marsch: & Legif. Uplandiæ R. Caroli 8.vi mater, eademq; avia *D. Erici de* Ridboholm R. Senat: & E. A. qui R. Gustavi 1.mi parens fuit. Ex hac familia fuit Dn. Laurentius Siggeson de Sundby R. Marschus & E.A. cujus fortitudini seditiosus Nils Dacke/ superiori seculo, cessit. Regnumq; Daniæ per eundem, mandante rege Sveciæ Gustavo I. contra Cæsarianos, Friderico, posteà Daniæ Regi, assertum fuit. Unde Mich: lætus Poëta Danus lib. 5. in hæc verba prorupit:

Hæc Gostave fides magnum te reddidit &c.

Et paulò post ——— ——— mihi Svecia tanto

Nomine perpetuis celebranda est laudibus. Inde, &c. Conf: Encom: Schin: in paraph: Messen: c. 17. Neq; nostro ævo clarissima, ex hâc familiâ lumina defuêre aut desunt.

Et hæ

Et hæ ſunt familiæ Comit: & Baron. in matriculam illuſtr. Collegii Regni Svec: hactenus, quantum quidem mihi innotuit, relatæ.

CAP. VI. *De Secundâ Claſſe Illuſtrium.*

EA horum eſt, quorum majores in Senatorium ordinem aſcripti inveniuntur, hâc ſerie.

Lilliehöök. Familia ex antiquo ſangvine Sveo-gothico orta; atq; Comitibus de Wiſingzborg & Roosborg affinitate juncta. Indè oriundus fuit fortiſſimus heros Dn. Johannes Lilliehöök general: milit: ductor, ante aliquot annos in bello germanico victor cæſus.

KRuſe. Quæ familia ante 200. annos ex Bavariâ in Sveciam tranſplantata. Hoc ævo D. JEſper Kruſe Regn: Theſaur. in eâ emicuit, cujus filij poſteà clari.

RYning. Antiqua item familia, in qua non pauci regni Senatores olim fuêre. Inter quos D. Matthias quondam Stregnenſis Epiſc. & regni Cancellarius. Nunc Dn. Ericus Ryning R. Sen: & Ammiral: meritis clarus eminet.

Kurck

Kurck. E Smolandiâ est; (at fam: Korck ensem cum 3. stellis insig: habens, cui ista in fening: connubio juncta, jam desiju.) Quam multi olim Eq. A. & magnates illustrârunt. Nunc a Generosiss: Dn. JOANNES Kurck *Regni* Senator & Præses Parlamenti Aboiei &c. cum filijs. Cujus abavus fuit D. Canutus Erici de Lauck, (qui è Smolandiâ veniés filiam Clavdij Korck de Laucko duxit). *R.*Sen: *R*eginæ Catharinæ amitinus; is solus Lubecensium privilegijs 1523. subscribere detrectavit, quod evenit futurum prædicens (*Chron: Gust: 1. part: 1. p 75.*) Est & hæc familia cum illustrissimis Oxenstierna/ Steenbock/ De La Gvardie, Bielke/ Fleming/ Horn/ Bonde/ Tott ct. affinitate & sangvinis propinquitate conjunctissima: Et prædictus D. Joannes Kurck D. JOH: Principi O. Rog: in 4.to consangvinitatis gr. juncto, ut D. Canutus ejus parens Reginæ Svec: Gunnillæ in 3.o gr. fuit. Prout genealogia ocularitèr monstrat.

Forstena/ Familia antiqua: In quâ celebris fuit exercitus Ductor contra Polons D. Andreas Linnerson. Comitis Leonh. Torstenson &c patruus sub R. Carolo IX.^no.

Wää

Bååt. Inter antiquissimas familias meritò numeranda; ex qua tempore R. M. Erici III. Svec: & Norvegiæ *Regis*, *Orcadensium Comites* fuère. Istæ enim insulæ tùm ad Norvegiam spectarunt; indeq; multi olim Equites A. & Regni Senatores fuère; Nec adhuc Togâ Sagoq; (in Senatu D. Seved Bååt/ & bello Dn. Nicolaus Bååt) clarissima lumina, desunt.

FLEMmingh. Prosapia antiqua, è pomerania ortum ducens, tempore R. Erici 13.tii ante annos 245. huc translata; multos E. A. tos Legiferos & Castellanos, Fenningiæ potissimùm; nec non R. Senatores, Gubernatores: aliosq; Magnates dedit. Inter quos haud postremi nominis fuit D. Claudius FLEMming Regni Senat: & Ammiral: Heros eximiâ prudentiâ & dexteritate in rebus gerendis, de patriâ benè meritus, qui novissimo bello Danico, fatali globo tactus, occubuit. Aliiq; adhuc cum laude superstites sunt.

Kyle. Ann: Chr: 1394. vixit Herman Kyle cujus nepotes & pronepotes Legiferi, Eq: Aur: pace & bello clari, ad 7.mam generationem, inveniuntur.

Oxenstierna de Nynääs. Hoc stemma eundem cum Baron: cognom: fontem

tem agnoſcit: *Regum igitur & Comitum* affinitate illuſtre; & ingentibus officijs ac meritis clarum exiſtit.

Lilia. *Ex familiâ Gregorij Matthæi,* cujus avus erat *Ambernus Magnus* Regni Svec: pater Sen: R. ipſe etiam Marſchus: uterq; E. A. Eadem quoq; regibus, Comitibus & Baronibus affinitatis nexu jungitur. Hinc etiam oriundus inſignis Heros D. Axelius Lilie/ R. Sē. hoc bello germ: clariſſimè geſtis notus.

Sparre. Ex eâdem radice cum illuſt: Baronum cognominum, ex antiquo ſangvine Sveo-gothico pullulat.

Bielke de Åkerö. *Jam extincta eſt.*

Ulfſparre. Antiquâ origine, magnis officijs & illuſt: affinitate itidem clara progenies.

Soop; Antiqua itidem familia, bello & pace clara, in quâ noſtrâ ætate D. Mathias Soop R. Sen: & vice-Drotzetus, Nec non Dn. Achatius Soop/ armis inſignis, alijq; eminent.

Bonde. Ex hâc antiquiſſimâ familiâ, quæ ab ipſo paganiſmo repetit origi-

 nem.

nem, fuit R. Sveciæ Carolus 8. (ut supra dictum) & nunc eminet D. Carolus Bonde R. Sen: & præses collegij metallici.

Horn/ de Kanckas. Eadem hæc agnoscit primordia cum Baron: de Aminne; ex aliâ tamen lineâ, armis verè celebri: Ex quâ superiori & præsenti seculo, complures exercituum Ductores laudatissimi; utpotè D Henricus Classon de Kanckas Eq: A. Fenningiæ Gubernator & copiarum militarium Duct. superiori seculo, itemq; D. Carolus Henrici Duct: exercitus in bello Moschovitico, Eiusq; fil: D. Edvardus, Henricus & Claudius Horn. Nostra quoq; ætas ignorare non potest gesta & merita illust: Dn. Campi-marschalli & R. Senatoris, D. Gustavi Horn Senioris Nec non Dn. Gustavi Horn Junioris Generalis Maioris &c. Ut nunc cæteros brevitatis causâ sileam.

Baner. Cujus stemmatis nomen & insignia ante annos 700. originem cepisse, Saxo lib. 10. in hist: R. Canuti M. refert, ut cæteros hic E. A. R. Senatores & Magnates, Regum cognatione illustres, nunc omittam; *notissima sunt orbi immortalia in bello germ: proxime gesta & merita prælustr: Dn. IOHANNIS* Baner *Regni Senatoris & Campi-Marschalli &c.*

Natt och Dagh. Familia diei & noctis insigne præferens; quod olim Dn. Steno

Stenoni Sture/ Regni Sveciæ Gubernatori familiare fuit. *Ex antiquissimo hoc stemmate adhuc superest D. Achatius* Axelson *R. Senator & Marschalcus. &c.*

Stierneskiöld. Est & hoc stema minimè novum, in quo complures A. Equites & R. Senatores viguerunt; inter quos fuit haud postremi nominis Dn. Nicolaus Stierneskiöld Junecopensis Castellanus & Ductor Exercitus Smolandici & Westgothici. Quod etiam adhuc in D. Claudio Stierneskiöld &c. floret.

Posse. Longâ serie avi ataviq; hic quoq; recensentur. Floruit anno Chr: 1485. D. Canutus Posse/ rei militaris peritissimus, qui exiguâ manu obsidionem maximi exercitus Moscovitici, â festo S. Matthæi ad S. Andreæ, Viburgi fortiter pertulit, hostemq; profligavit. Claret nunc præcipuè, D. Canutus Posse Regn: Sen: & Castellanus Holmensis laudatissimus. Fuit etiam Gunnila R. Joh: 3. Regina, Dn. Axelii Posse Regn: Senat: ex filiâ neptis.

Ribbing. Quæ ex familiâ Norv: R. Haraldi Härfager ortum ducere traditur. Siward Ribb: hic an: 1360. floruit: cui prima S. Brigittæ filia Märeta nupsit. Sunt adhuc permulti in hâc familiâ sago & togâ præclari superstites.

Tott. Et hoc stemma perantiqvū, Reges sangvine & affinitate quàm proximè junctos habet. Erico enim Axelij nupta fuit soror R. Caroli 8.vi Christina; sicuti & fratri eius Ivaro Axelii Eq: A. & Gubern: Gotlandiæ, eiusdem R. filia Magdalena. Henrico autem Tott superiori seculo nupsit filia R. Svec: Erici 14.ti. Quorum filius D. Achatius Tott R. S. Senator & Campi-Marschallus, bellicâ fortitudine vel exteris notus. Qui adhuc in filio generosissimo, quamvis mortuus, vivit.

Leyonhuffwud de Ekeberg.

Antiquitate etiam & clarorum virorum meritis conspicua.

Boye de Gennäs in Fenningiâ.

Quam familiam valdè illustravit Dn. Georgius Boye/ exercitus olim Ductor contra Moschum, & Regni Senator.

Wrangel de Ekos. Ex Livoniâ primitùs orta; ubi olim Episcopi & Magistri ordinis Teutonici ex hâc familiâ fuère. Quæ verò Coronæ Svec: officia præstiterint, tàm *D. Hermannus* Wrangel *R. Sen: & Campi-Marschallus &c.* quàm filius Dn. Carolus Wrangel incomparabili fortitudine & fortunâ eodem munere laudatissimè fungens; nec non hujus fratres; toti mundo constat.

Sunt

Sunt & plures in hanc Classem transferendi qui nuperius in Senatorium ordinem cooptati; vel qui maiores suos olim eidem insertos fuisse certis documentis monstrant. Veluti Dn. Claudius Bielkenstierna Ammiralius &c. Quorum in Maiori Opere iusto ordine plenior mentio fiet.

CAP. VI.

TErtia Classis Nobilium Sveciæ, Gothiæ & Fenningiæ; Qui nec Comites nec Barones sunt; (in Sveciâ) nec eorum majores in Regni Senatum assumti. Quorum hæ sunt præcipuæ familiæ; juxta seriem quâ vel primò per sortē, citra dignitatis aut eminētiæ præjudicium, in illustre collegium ascriptæ fuere; vel deinceps priùs aut posteriùs in matriculam relatæ. Cumq; hic, ut & in superioribus, cognomina, maxima ex parte, latini sermonis formulas dedignentur & respuant, vernaculam familiarum nomenclaturam semper retinebo; hâc continuatione.

KArpelain in Fenningiâ; quæ fam: à R. Svec: Erico 13. ann: 1407. instituta, in sextâ generatione adhuc viget.

ROsenhane. In quâ nunc eminent Skåring Rosenhane/ aliquandiu Regius in Galliâ Legatus & Johannes Rosenhane Viburgensis Castellans &c. cum fr. Gustavo.

E Tictrkors/ in Fenningiâ antiqua familia; undè olim Episcopi & Magnates complures fuère.

Hierta de Hånrompå/in Fenningia. Hinsseberg. Ängengreen de Haleby in Wes: g: Erwse de Elghammor. Liliesparre de Fyllskog in Smolandiâ. Roslagin. Krabbe. ~~Wrangel de Wric.~~ Gyllenanckar. Franckelin. Bratte. Bäck. Rose. Rosenbielcke. Lake. Gyllen-Creutz. Berendz/ ubi eminet Dn. Johannes Berendz antea Cons: Cameræ, nunc Castellanus apud cuprimontanos. Ulff. Jkorne. Räff in Fenningià. Hand. Hård/ ex quâ est Carolus Hård Regni venator. Jlle/in fenningià; hinc Assessor Gustavus Jlle. Kijl. Månestkiöld hic eminet Carl Christersson vice-Præses in Jud: Reg: Juncc. Sack. Tgwast. Lilietopp/ interijt. Liliehök de Gålerööd. Körning/ Comitib9 de Westerwijk & Baronib9 de Kronbäck affinis. Kagge/ ante 275. an: nota in quâ viri fortes claruere; nostro ævo in bello germanico insignis virtus strenuiss: viri Dn. Laurentij Kagge general: Majoris & Reg: Senat: &c. resplenduit. Krwse de Edby. Kaffle. Skeding. Stubbe. Lilie de Ökna.

Lilie-

Lilliesparre de Åsa. Siöbladh. Prel orig: Liv. Sterna/antiqua familia, ubi claret Georgius Sterna de Bålmßnäs/ Assess: Reg: Jud: Junecop: cujus avus erat Trib: milit. Wärnstet/ orig: gèrman. Store in Westg. Hielmgrijp; *Ex hâc gryphorum familiâ fuit conjugis meæ avus maternus D. Christophorus, olim Canonicus Wexionensis; postea Præpos: in* Elghult. Stålarm & Skytte in fenningiâ. Drake de Intorp Westgoth: marte clara. Stolpe/ *In* Smolandiâ, cuius ante aliquot annos linea mascula desiit; à Nic: STolpe/ E. A. ante annos 200. huousq; continuata: Undè ego maternum genus duco; avia enim mea materna Clementis Stolpe soror fuit. *Illius filij Petrus* Stolpe *senior & junior in bello Moscovitico, proximo seculo, clari fuêre. Nec minus Petri* Stolpe *Vice-Ammiralij fides R. Carolo IX.no ad victoriam de Fennis & Polonis anno 1594 profuit.* Ornesflycht. Jacobskőld. Stuwart. Stråle. Tott de Skådsbo. Wildeman. Drake de Hagelbrun. Mörner; Ex quâ est generos: Carol: Mörner Gubernator Kexholmensis. Creutz undè Laurent: Cr. Toparcha Aboënsis &c. cum Fratr: &c. Silfwerhielm. Birckholtz/ ex Marchiâ germ: oriunda; ubi Nob: Hiero-

ronymus Birckholtz U. J. Doct: Elect: Brandeb: Cancellarium superiori seculo egit. Duffwa. Pauli. Slatte. Stålhanske/ Ex quâ fuit fortissimus heros Gen: equit: Fenn: Ductor Torsten Stålhanske. *Superest ejusdem cognominis, ex aliâ familiâ, inter Nob: doctissimus Iohan:* Stålhanske *de* Gåsterby *&* Perno. Silfwersparre. Wreedh. ~~Ekebo~~. Ygla. Silffwerbielke. Oxehuffwud/ exspiravit. Ox E. Beureus/ à præcept. R. Erici 14.ti orta. Falckenbärg/ hic clarent Conradus & Melchior fratres prudentissimi. Slang/ in fortissimo Tribuno Erico Slang terminata. Boye. Ylffsax. Rosenstråle. Anckar. Lilie de Aspenås. Stake in Westg: Liustra in fenning: Hiortö familia. Stakelberg. Jägerhorn de spurila. Ållengreen in Fenn: Gyllenhorn. Rålamb/ ex quâ fuit Dn. Broderus Andreæ quondam Castellan: & Præses Jud: Reg: Aboënsis. Bagge de Berga/ undè oriundus Benedictus Bagge/ olim Tribun: milit: nunc diu Castellanus Cronebergensis in Smol: Dwse in Smol: Liliestielcke de Olestorp. Hiort. Bagge de Boo/ *hinc erat Iacobus B. Ammiralius; qui Danicâ Classe, prætèr spem, imo petitus 1563. Ammiralium Dan: Iacob.* Brokens

hus(?) *cum nave prætoriâ & duabus alijs, unàq; ductorem militiæ Danicæ* Otto Krumpe *in captivitatem abduxit* : familia nunc in masculis desijt. Rosenqwist/ in Smol: Sting. Ruut/ in Fenn: Bure/ *ex quâ familiâ sunt Andreas B. & Ionas B. Secret: Reg: & D. Olaus Buræus, olim Consul Reg: Holm: Posteaq; vice-Præses parlamenti Aboici.* Bölja. Manneskiöld. Familia de Häggetorp. Munck in fenn: *ubi superest Ioh.* Munck *jud: Regij Assess: cum filiolo.* Gyldenmörs. Hästehuffwud/ Frille in Fenning: Papegoja. Hammerskiöld/ bellicâ fortitudine inclaruit. Krwsbiörn/ *floret Toparcha Bothniæ occidentalis.* Ekerä. Pläte. Käse in Smol: Tegel. Swerd. Swart/ Assess. Aboën. Lindelöff in fenningiâ. Skalm. Swinehuffwud. Gyllensparre in Smol. Bagge in Wermiâ. Familia de Härlingstorp. Palm. Sabbelskiöld. Trana. Sabbel. Ulfffana. Skytte de sättra. Ram. Falck. Lodh. Ryter/ *ubi inclaruit Ioh. Henrici Gothenburg: Castellanus.* Finkenberg. Spära. Bröms. Galle in Svec. Holst. Rosenqwist. Posteri Melchior Axelssons. Stöör. Geet. Gyllen Cornet. ~~Bååt ex familiâ~~ Linnar Nilssons. Adler/ cuj. caput D. Joh: Salvi. olim

Secret: & Legatus Regius, in Imp: Rom: non minùs quàm domi, satis notus. Grubbe. Rosenstierna. Hans Loode. Forbus de Lund. Sperling. Rotkirck. Skalman. Strijk. Oliwebladh. Von der lind. Jungel/ optimè meruit Secret: reg: Nicolaus Nicolai Jungel. Stiernhielm/ ubi eruditissimus ac prudentissimus Georgius St. h. eminet. Grönberg. Duffwa in Westg: Sölffwerswärd. Gyllenkällen. Sabbelhierta, Håstskoo in Målegård. Sabbelfahna. Räff in Smol: Rosenduffwa. Delphin, Grijs. Börck, Galle in fenn: Klingspåre. Bahrfeldt. RosenCrantz/ Assess: Christ: Nic: in Fenn: Armskiöld. Swinhuffwud VVestg: Utter. Cröil. Wittenberg/ ubi clarus est R. Armamentarius & Ductor. Gen: militiæ in Germaniâ, ARVIDUS Wittenberg/ heros strenuissimus. Ramsé/ è Scotiâ illust: sangvine oriunda. Gyldenlod. Ekelöff. Måneskiöld ex Norvegiâ. Grönfelt. Vittinghoff. Anckerfiell. Starck. Strömfelt. Wäderhorn. Jägerhorn. Fogelhuffwud. Håsteskiöld. Footangel. Pilefeld. Robertsson. Sölffwerarm. Storck. Törneskiöld/ undè Commiss: in Fenningiâ doctiss: & pruden-

tiss.

issimus Jacobus Törnesk: Örnehuffwud. Anrep. Patkul. Bille. Sylfwerpatron. Gylenswerd. Phuslp. Duwall. Jordan. Skalm. Olafield. Pois. Bockula. Koskild. Forbus. Hic aliqui Fledwod & Hammelton/ ex illust: sanguine Scot: unde & priores duæ familiæ, insertæ volunt.) Lilieström/ ubi industria Joh: Nicodemi Secret: stat: multis experimentis comprobata, Jernlodh. Sölfwer Cron. Pistol. LillieCron. Lösing. Gyldenstråle. Hestskoo. + Löwing Swenske. Nymand. Dackzberg. Gyldenax. und in Westg: Planting. Sölffwerlod. Sölfwerstierna/ quam illustrat Secret: Reg: Johannes M. Sölffwerst. Stålman. Garff. Biörnskiöld. Gyllenkloo/ ubi eminet Secretar: Reg: Andreas Gyllenkloo. Renskiöld. Ruut. Below. Lilliebielke. Ankerskiöld. Boose. Grootows. Ogglewie/ orig: Scot: Hammarstierna. Höös. De La Mott. Gyldengreen. Schildt. Skornskiöld. Sölffwerskiöld. Ekestubbe. Fortuna. Süffler i Finland Rosenskiöld. Brockenhwsen. Rosenschmit in fenningiâ. Apelgreen/ ubi Comiss: Johan Erichson Apelgreen meritis notus. De Geere. Stålhane. Lilliebrun. Swanfelt. Kohl. Transehe/ von Rosenurth Grißbach. Bergenfelt. Tœ

meße

meßehen. Biörnram. Wachttorn. Hiulham, mar. Blom. Printz. V. Steinberg. Roder, skiöld. Hildring. Garfeldt. Irwing. Orhane. Manderhielm. Anckerhielm. Andaflycht. Dra, kenberg. Rytter. Chronstierna. Loofeldt. Storm, hatt. Sabelfelt. Enhörning. Leyonskiöld. Blanckenfelt. Igelström. Pistolkors. Rosen, berg. Cronehiort. V. Schwalch. Leyonhu, sen. Appelbohm/ Residens Amstelodami, Haraldus App:h. Rosenhielm/ Assess: Parlam: Holm: Ericus Rosenhielm. Örnecklo. Ruten, sköld. Von Meyer. Kuhlefeldt. Olieqwist. Stierneflycht. Leyonstierna/ *ubi Præses Norcop: Dn.* *Daniel* Leyonstierna *eruditione & pruden-tiâ excellens eminet.* Swerdsköld. Grubbe. Graan/ Ass: Holm: D. Joh: Graan. Linderoot. Lindegreen/ *Affinis meus ch: Nic:* *Nic:* Lindegreen. Morgonstierna. Feigersköld. V. Radeke. Strußberg. Falckengreen. Lagerfelt/ hic Reg: Secret: Israël Israëlis Lagerfelt claret. Bröst, feldt. Mårdenfelt. Gyldenfalck. Gylden Pi, stol. Swanestierna. Ekegreen. Biörnekloo. Looberg. Örnewinge. Wernesköld. Hielm, feldt. De La Wall. Wudde. Tornerefelt. Biörnehuffwudh. Biörnebårg. Klingenbårg.

Drake

Drake. Hulßhorst. BlixCron. Roßfelt. Ströms
erg. Wolffenskiöld. Reenhorn. ~~Laxen~~burg. Lowenburg
Dreffenskiöld. Kantersteen/ quam familiam
collustrat Secret: Reg: varijs legationibus
larus, Laurentius Kant: st: Von Riddershusen. + Palm
Blatsteen. ~~Lun~~. Werdelet. Vdnie. ~~Palm~~ cron
Cron. Sölfwerlåås. Silfwergreen. Lindenberg. Lunow
Ekehielm/ Reg: Holm: Vice-Castellanus Be-
nedictus Ekehielm. Gålawitz.+ Brant. Leyon- + Crön-
hm. Lagergreen.+ Bråkenskiöld. Gyllensting. lod
Slangenfält. Kempenskiöld/ *hic Secret:* ~~antea~~ 7 åller
gius, ~~nunc~~ illust: Collegij; Samuel Kemp: sk: *an-* feldt
signanus est; in quo eruditio cum humanitate cer-
nit. Pißlegreen. *Messenius, cujus parens scri-*
is notissimus. Lagercrantz. Sölffwerar. Struß-
elm. Reuterfeldt. Ramßwård. Graß. Hil-
skiöld. Silffwerspåre. Klöffwerfelt. Lilie-
röm. Drakenberg. Sölffwermusquet. Ru-
nfeldt. Fritz. Lagerkrans. Weidenhein. Wålsk.
Buffwudskott. Aldenberg. Chemnitz. Rosen-
and. Biörnfelt. Landzbårg. Durell.+ Örne- + Ur-
tierna. Diurfålder. Lilliestierna. Wolffzbårg. gvard
Hirtenberg. Jernskiöld. Schaar. Klårck.
Gyllenflögh. Sparfåldt. Stierncreutz. Tau-
enfålt. Faltzburg. Lindorm. Didron.
Stålklinga. Clerck. Strußzyckt. Sinkler. Dra-

mund. Nedertwuder de Förarp. Lånck. Ryttert- Crantz. Witten. Dreffenfeldt. Röding. Schalm. Müller. Sigrother. Et plures, quæ nuper huic ordini insertæ; Uppote Bilderfelt/ Ekene- berg/ quam decorat P E Trus antea Vigelius dictus, Juris D. & Assess: Aboënsis. Stiernefalck/ ubi eruditione, pru- dentiâ & meritis insignis est, M. Joh: Ol. DaleKarlus Reg: Secret: LillieCrantz ubi eminet Joh: Gerhardi, antea We- sterman dictus, Holmensis Consul Regius amplissimus, &c. Quarum Catalogus in pleniori descriptione justo ordine commodiùs inseretur. Quod verò omnium maiores, gesta, virtutes aut dignitates hic alle- gare nequiverim; partim Synopseos brevitas, partim docu- mentorum & informationis, in extremo hoc aquilonaris mundi angulo, paucitas atq; tenuitas, apud cordatos & candi- dos quosq; me facilè excusabunt. *Quorum requisito- rum, si maturè particeps fuero; Nemo divinâ affulgente gratiâ, se de cætero neglectum aut post- habitum fuisse, jure conqueri poterit.*

CAP. VII. *De antiquis Illust: & Nobilium familijs nunc extinctis & in illust: Collegium non relatis.*

MUltæ etiam, præter enumeratas, olim fuère familiæ illustres ac nobiles, quarum ne nomina quidem ad nos pervenerunt; antiqui enim solo nomine proprio con-

contenti, addito saltem cujus filius esset, nullam stemmatis seu insignium mentionem insinuárunt. Ut Dn. Torchilli Canuti fil. D. Matthiæ Kettelmundssons fam: Dñi Brunchonis &c. Unde haud exigua etiam in genealogijs eruendis difficultas oboritur. Nostro autem ævo cognominibus, ex ipsis insignibus desumptis, Nobiles frequentiùs utuntur. Extinctæ nunc prorsus sunt, inter alias hæ familiæ olim valdè Illustres; Folckunga/ Manneskiöld/ Filbyter/ Sture/ Hwijtbeen/ Sprakelegg/ Knaphöffde/ Puke/ Sköldinge/ Blå/ Pük/ Ryting/ Hwessing/ Bese/ Brask/ Brwn/ Diekne in Fanningia, Dudde/ Danne/ Engel/ Elg/ Finke/ Frende/ Falck/ Flycht/ Fase/ Foot/ Gere/ Gylta/ Gedda/ Gynte/ Gyllengreen/ Gramsö/ Glysing/ Green/ Hiul/ Krumme/ Kuse/ Krage/ Käring/ Krook/ Lunckar/ Lax/ Lumpe/ Lake/ Låkatt/ Lemm/ Lering/ Nykörkia/ Nacke/ Näsekong/ Nässwe/ Owin/ Plata/ Perse/ Roode/ Rask/ Röde/ Swaan/ Stock/ Störle/ Stare/ Spaak/ Swijnefoot/ Snyfle/ Sonne. (Cui familiæ Christiernus Sonne proditor arcis Calmarensis ann: Chr: 1611. tenebras offudit) Snäcka/ Färla/ Trolle &c. Ultimum hoc cognomen, postrema gessit, Dn. Anna Trolle/ uxor D. Caroli De Mornaj, &c. Quæ ex relatione majorum, hanc nominis & insignium rationem reddidit: Videlicet, ante novem hominum ætates, pium ejus stemmatis heroa in Eed/ territorij Össbo/ parochiæ Wärtorp/

habi-

habitasse; qui vigiliâ nativitatis CHRIsti, templum petiturus, obvium habuit manipulum immundorum spirituum, à proposito retardare tentantium: Unus autem specie virginis cornu potatorium manu tenens se obtulit propinans; Hic heros sinistrâ manu potum pone se excussit cornu retinens; dextrâ verò gladium stringens, virginis jugulum, in Nomine JESU, petijt; caputq; amputavit. A sacris a. eodem die, reversus virginis illius seu monstri figuram, qualem insignia Trollorum in Cathedrali tẽplo Wexionensi & alibi exhibent, in mediâ viâ invenit. Cornu, in rei memoriam, per 9. hominum ætates asservatum fuit; quod eadẽ Domina, se ante bellum Sveo-Danicũ superiori seculo sub R. Erico 14.to manibus sæpissimè palpasse & 300 in eo colores oculis notasse asseveravit. At anno 1570. cum urbs & templum Wexionense à Danis combusta fuere. Cornu illud simul interijt; *Hæc ex Concione funebri, gravissimi Theologi, R. D. Petri Ionæ Angerm: Episcop: Wexion: excerpsi.* Qui relationem valdè mirabilem fatetur: cum spiritus carne & ossibus destituatur: Sata-

atanam tamen mille artificem esse notum st. *Et Oldenburgi in Frisia orientali, cornu inimitabili artificio cælatum monstratur, id à Comite quodam, ante multa secula, parum dissimili ratione occupatum aßerunt; quod etiam ipse Anno 1636. 2. April. vidi. sed de his obitèr.* Sunt autem omnes istæ familiæ ex antiquo sangvine Sveo-Gothico; ut innotescat vanitas *Ionæ ab Elverfelt de Holsatiâ*; qui Regni Sveciæ Gubernatores D. Stenonem Sture seniorem, Dn. Svantonem Sture; & Dn. Stenonem Sture juniorem ex familiâ Sturensi Holsatiæ, nimis quàm ineptè, at satis audactèr, asserit. Quod tamen falsissimum esse multis modis patet. Primò enim Sturæorum origo ex stirpe illustriss: P:pis Guthormi Svec: Ducis 1163. & Dñi Erngislonis Orchadensiũ Comitis pullulat; quod Genealogia ad multa retrò secula deducta monstrat; frustrâ igitur ille eam ex holsaticâ familiâ deducere tẽtat; præsertim cum familiæ Sturorum Svec: non minor sit antiquitas, quàm Slesvicensiũ, quã ante annos 400. divitem ac potentem dicit. Tertio & quarto abhinc seculo, divites atq; potentes fuêre Regn: Svec: Senatores *Suno*

Sturii nō sūt ab Holsatis.

& Sveno Sture/ fratres, teste Isacio Pontano, quos *rerum Danicarum lib: 9.* in Historiâ Margaretæ R. ex nobilitate Sveticâ fuisse asserit. Quod verò hereditatem Sveci Sturæi in Daniâ expetiverint, hanc habere potuit causam: Nimirum D. Nicolaus Boëtij Sture E. A. & Legifer Wesmanniæ, qui año 1470. vixit; avum maternum habuit natione Danum, fortè ex illâ Slesvicensi familiâ descendentem. 2. Neq; omnes Sturæi in Sveciâ ex eodem stemmate fuerunt; ut deindè suo loco meliùs constabit: Apprimè igitur fallitur qui eos omnes ex Sturensi familiâ Holsatiæ, quoad masculam lineam, derivare conatur. 3. Nec insignijs conveniunt, quod oporteret fieri, si ejusdem essent originis: sed Sturensis familia Holsatiæ, nescio quem, pisciculum insigne habet. Antiqua Stenonis Sturæi familia tria folia nymphea nigra per clypei aream â sinistrâ ad dextram obliquè disposita, & se invicem sursùm verso cuspide concomitantia, insigne habuit; Junior diei & noctis insignia prætulit. i. est, ut Messenius cum Chytræo loquitur Clypeum antiquæ simplicitatis in

duas

duas areas, superiorem fulvam & inferiorem cœruleam. Sed quæ hîc cum Holsatiæ Sturis insignium comunio? Quæ tamen inter familiares & ex eâdem familiâ descendentes, esse solet ac debet. 4. Potest hæc familia Svetica magis commodè ex svetico idiomate deduci, ubi Stuur/ quâdam dialecto, idem est quod Stoor i.e. magnus. Undè à magnitudine hîc cognominati videntur. Fuerunt & aliæ familiæ nobiles, à tempore exoticorum Regum in Sveciâ claræ, licet è Germaniâ aut Daniâ oriundæ; quarum nomenclaturam videsis apud *Messenium in speculâ* c. 27. Et hæc breviter hâc vice de antiquis & hodiè extinctis illust: familiis. Nunc pauca de Equitibus Auratis Regn: Sveciæ addam.

CAP. VIII. *De Equitibus Aur: Sveo-Goth:*

HAud alienum ab instituto fuerit, paucis hîc etiam de Equit: aur: agere. Nam præter armigeros seu scutiferos, quorum frequens in antiquis Historijs atq; instrumentis mentio incidit; qui sic dicti sunt, vel quod Reges atq; Duces, ut fidissimi commilitones, à latere comitarentur, ARMA gestan

ſtantes; undè *quod initio nomen officij, poſteà dignitatis factum*; vel à ſcutis ſeu inſignibus ijſdem inſcriptis; Gothis enim Wapn/ utrumq; & *arma & inſignia* notat. (Priſcis quoq; nobilium cippis Littireiſt inſcriptum, Reiſe n. Pugilem ſignificavit; hinc Reiſigtyg/ Phaleræ, & Reſenärer armati equites) Aurati etiam Equites creabantur; quorum inaugurandorum ritus & ſolennitates, à remotiſſimâ hominum memoriâ, in Regno Svec: uſitatos; nec non juramentum ab ijſdem præſtandum. Vid: apud Ol: M: lib. 13. c 7. Quæ brevitatis cauſa hic omitto. Inter præcipuos Equites Auratos habebantur, ſub pontificiâ religione, qui Jeroſolymam ad S. ſepulchrum Chriſti votivam peregrinationem ſuſceperunt, indeq; inſignia retulerant. Unde prædia, à talibus equitibus, religioſis donata, S. ſepulchri, olim dicta fuêre: Quorum annuos reditus Monachi Eſchilſtunenſes, ordinis S. Johannis de Rhodo, collegerunt, & Hieroſolymam tranſmiſerunt. Viguit autem mos E. A.tos à Regibus creandi ad noſtra uſq; tempora; Ita R. *Guſtav: I.* in ſuâ coronatione Ubſaliæ 1528. *humeros candidatorum ſtricto enſe leviter feriens Equites auratos creavit* Generoſ: ac Nob: viros Laurentium Siggonis; Ericum & Ivarum Flemming/ armis fortiſſimos: Johannem Thurſon/ Thuronem Erichſon/ Birgerum

Nil=

Nilßon/Carolum Erichſon/Nicolaum Olßon/ Canutum Anderßon/ Magnum Johanßon/ Magnum Brynteßon/ Petrum Hård & Benedictum Nilßon. Filius verò R. Ericus 14. in Coronationis ſuæ feſtivitate cingulo equeſtri (*ut loquitur Meſſen. in paraph. c.4*) impertivit ſequentes; nempè Georgium Erici de Foglewijk/ Thuronem Petri de Saalſtadh/ Dionyſium Beuræum præceptorem ſuum; Nicolaum Boye/ Arvidum Trolle/ Ericum Carlßon/Nicolaum Carlſſon/Claudium Flemming/ Canutum Knutßon/ Ericum Månßon/ Siggonem Larßon; Joannem Bonde/ Benedictum Gylte/Johannem Kyle/Guſtavum Finke/ Nicolaum Krumme/ Ivarum Jwarſſon & Georgium Norman. Sequenti autem die Coronationis, eâdem inſignivit laureâ Magnum Swenſſon/ Canutum Haraldſſon/ Ericum Jörenßon/ cum Danis quibuſdam & Lubecenſibus. Undè non indigenas ſolùm, ſed & exteros, à Regibus Sveciæ Equites creari, gloriæ ſibi duxiſſe manifeſtum eſt. *Quinimò & ipſos Rom: Imperij P:pes hunc honorem non detrectaſſe hiſtoriæ loqvuntur.* Nam R. Svec: & Goth: Magnus Ladulåås/ in diætâ

Holmensi an: 1282. filium suum D. Birgerum tùm electum Regem, Equitem creavit; hic verò Ducem *Albertum Brunsvicensem & 40.* alios cum ipso; Prout notavit Ol. P. in vitâ eiusdem Regis; Et antiquissimus noster historicus Ericus Ubsal: lib. 3. pag: 143. & 144. fusiùs exposuit. Sed equestris hujus dignitatis, ne nomen quidem ad posteros transiit, ut cæterorum Nobilitatis graduum. Etsi enim Comitatus ac Baronatus ad proximum agnatum masculum saltem devolvantur; Tituli tamen omnibus successoribus communes sunt. At Eques Auratus nemo nisi propriâ virtute & meritis salutatur.

Nec Jo: Ludovicus Gothofredus, in suâ Archontologiâ Cosmicâ antiquos Regn: Sveciæ & Gothiæ *militum, equestrem, ensis & balthei ordines* tacuit; ubi lib. 3. de Sveciâ, insignium in magnifico portu Angoviæ (sic n. ipse vocat) incisorum meminit. (Hunc portum non existimo alium quàm Hangö ad littus Nylandiæ, de quo suprà lib. 1. in Append. ad finem; ubi olim classis Sveticæ statio fuit. Ol: M. lib. 2. cap. 25. lib. 5. c. 27. Et superiori anno, Regum, P:pum & magna

gnatum insignis, cautibus incisa ferè innumera, admirabundꝰ spectavi.) Habebant, inquit Gothof:, milites Svec: Christiani facti, aliqui pro insigni torquem aureum ex compluribus Cherubinis & Seraphinis inter se contextis compositum, patriarchali ☩ intermixtâ, & CHRIsti imagine ornatum. Postea de alio in Sveciâ *Ensiferorum* ordine, symbolo & insignibus fusè agit. Sed de hisce est nunc satis.

CAP. IX. De *Ll:bus quibusdam & conditionibus Illustris hujus Collegij & Nobilitatis Svecanæ.*

UT ad modernum *Illustre Collegium Regn*: Sveciæ respiciam, leges aliquot & conditiones ejusdem breviter excerpam. In supradictâ collegiali domo, Ridderhwset/ specialibus privilegijs, immunitatibus & exemptionibus munitâ, velut *Bursâ*, tùm ad lites, judiciarium processum nõ exigentes, terminandas; cùm ad consultandum in comitijs conveniunt, votum & sessionem habent, in aliquam trium istarum classium relati: & nulli alij, cujusvis nationis, status, dignitatis aut conditionis.

Nobilis, patre Sveco aut Fenno genitus, votum & sessionem cum privilegijs obtinet; Extraneus verò Nobilis, nobilem in hoc regno ducens, privilegijs, quoad bona, frui potest; Sessione autem & voto nullo; donec à S. R. M.te pro naturali subdito agnitus & matriculæ collegij inscriptus fuerit. Horum autem liberi, jure nativitatis, *Comites & Barones* in suo ordine, cæteri in suo, juxta seriem quâ annotati fuerint, ista omnia obtinent.

Infamatam & prostitutæ pudicitiæ ducens, etsi nobilis sit, liberos voti & sessionis paternæ incapaces gignit. Quippe qui in ultimum locum detruduntur; donec egregio facinore, virtute ac meritis, accedente speciali S.a R.a M.tis gratiâ, restituantur, aut peculiare suffragium & votum obtineant.

Olim quidem maritus nobilis uxorem ignobilem, liberosq; legitimos nobilitavit. Nunc nisi nobilis ducatur, nobilitas in posteris labefactata habetur. Quæ ab hereditate immobilium excluditur, admissis proximis heredibus, & consangvineis nobilibus. Pariter etiam Nobilis fœmina ignobili

bili nubens, prædijs privatur, quæ proximis agnatis cedunt, exclusis planè ex hujusmodi connubio prognatis.

Sic quoq; à quocunq; extra conjugium compressa jus hereditariũ in fundis amittit. (Jam enim à tempore D. Birgeri Jerl Fœminæ trientem bonorum hereditate capiunt; unde antiquas familias haud parum debilitatas cordati judicant: cum sic bona in alias atq; alias familias distrahantur.) Neq; ita maculata in congressibus nobilium toleratur. Virgo sine consensu parentis; aut tutorum & duorum agnatorum totidemq; cognatorum nubens, unà cum sponso, biennales prædiorum reditus perdit, proximo Xenodochio cedentes. illa quoq; in nuptijs nobilium & baptismi solennitatibus infrà alias nobiles conjuges reijcitur. Quinetiam proprium sponsum, ante nuptias, ad concubitum admittens, eâdem unà cum ipso mulctâ tenetur, infimum semper locum inter fœminas nobiles habitura. Nec non filius ante nuptias conceptus à torneamentis & hastiludijs arcetur. *Undè quanta hîc honestatis observantia patet.*

Nobilis Svecus sub exotico magistratu domicilium & fortunarũ sedem figens unà

cum posteris sessionem & suffragium in hoc illustri collegio amittit. *Feuda*, si quæ habet, ad proximos heredes, vel his deficientib⁹ ad coronam relabuntur. *Allodialia* tamen, præstito ritè equitio, retinere potest. Sin ipse aut filius resipiens, reversus novo fidei vinculo S.R.M.ti & Coronæ sese obstrinxerit, in priorem sessionem & votum, postliminiò reducitur.

In tantùm autem degenerans, ut odio & contemptu patriæ in exotica loca discedat, ibiq; resideat, liberis ac posteris regni hujus contemptum atq; odium implantans, & monitus non destiterit: Non modò sessione & suffragio verùm etiam feudis, si quæ obtinuit, privatur; quæ ad proximos heredes, vel si nulli sint ad S. R. M.tem & coronam recidunt. Hereditaria bona, nisi ante mortem vendiderit, ad proximos in regno heredes devolvuntur. *Talis verò, unà cum liberis, planè pro extero & alienigenâ in hoc Regno habebitur.*

Sessionem semel destinatam (sine detrimento tamen dignitatis & authoritatis in alijs congressibus;) unusquisq; cum poste-

ris

ris in hoc collegio tenet; donec legitimè in superiorē ordinem transferatur. Nemo alterius insignia aut cognomē sibi arrogabit. (*In diversis tamen provincijs, ut Skalm in Carelia & in Fenningia &c. idem nonnunquam cognomen occurrit.*) ne familiarum inde confusio suboriatur.

Singulæ familiæ sigillum commune habent, solis insignibus absq; nomine notatum; quo solùm in publicis actibus & decretorum comitialium obsignationibus utendum. Ut patet ex comitiorum descriptione.

Ex singulis 500. marcarum reditibus (olim ex 400.) non numeratis prædijs intra 1. lapidem; viri majorennes equitium præstabunt. juxta ll. & ordinantiam de servitio equestri. Quæ omnia hîc enarrare brevitas non patitur.

CAP. X. *De Privilegijs ordinis equestris Regnorum Sveciæ, Gothiæq; & Fenningiæ.*

MAgnis illustres ac Nobiles horum Regnorum privilegijs & commoditatibus fruuntur. Undè & S. R. M.tem magno vicissim affectu prosequuntur, nec vi-

sam

tam pro ejus salute profundere detrectant. Neq; minus antiqua quàm ampla sunt ista privilegia, ipsis legibus, & priscorum Regũ ac recentiorum confirmationibus stabilita. Extant adhuc confirmationes R. Magni Ladulåås; R. Birgeri; R. Magni Erici; R. Alberti; Reginæ Margaretæ; R. Erici XIII. Pomerani & Christierni I. &c. Potissimùm verò à R. Gustavo I.mo ejusq; filio R. Johanne III. neç non nepote R. Gustavo Adolpho M. majorem in modum amplificata sunt. Quorum hæc brevis summa est.

1. Illustrium ac Nobilium vita, fama, possessiones & ministri specialiter vindicantur, honor & libertas asseritur.

2. Ex illustrium familiis supremorum in Regn: officiorum administratores leguntur; utpotè *Drotzeti, Marschi, Ammiralij, Cancellarij, & Thesaurarij; Legiferi & Senatores.* Quorum dignitas *Pariatui Franciæ* seu Galliæ haud absimilis. Hinc Præsides Parlamentorum & primæ classis Assessores sumuntur: Hinc

pro-

provinciarum Gubernatores, Castellani & Toparchæ, Regni Marschalcus, Armamentariûs, Legati, Duces belli, cæteriq; militares officiales superiores deliguntur. Qui omnes liberalissima accipiunt stipendia. Militibusq; cum nullum intercedit bellum, domi mãere licet, et bonam stipendii partem parsimoniâ conservare.

3. Illustriss:æ Familiæ, utpote *Comitum*, in suos colonos & subditos merum imperium & omnimodam jurisdictionem exercent. Duæ quippe instantiæ priores, simul cum exeqvutione ijs concessæ sunt, undè proprios *judices* tàm *provinciales* quàm *territoriales*, cum jure gladij habent. Appellatione tamen, in gravioribus causis, ad Tribunal Regium reservatâ. Cæteri interim illust: & Nobiles deterioris non sunt conditionis, etsi proprios judices non alant. Sumptibus enim, in judicia conferendis, relevantur; ex publico collatis. Et proprios carceres seu custodias habent; Neq; in alios, delinquentes eorum homines à quopiam detrudere fas est: Nisi vel in flagranti crimine deprehensos, vel latâ in capitalibus sententiâ. Tùm enim regijs officialibus ad

ad executionem traduntur. Quod si vita condonetur, aut aliàs pecuniaria, per judicem, mulcta irrogetur; pars ejusdem, quæ aliàs regio fisco tribuenda, Domino cedit.

4. In venationibus, aucupijs, sylvis, piscationibus, molendinis & metallicis fodinis quoad proprios fundos, Regali fermè jure utuntur.

5. Nullum tributum pendunt. Ab omni contributione & onere liberi; Nisi quatenus urgentibus publicis necessitatibus, spontaneo consensu præcedēte, aliquid conferant. Nobilium quoq; coloni, in collationibus publicis, dimidium ejus quod cæteri rustici coronæ immediatè subjecti contribuunt.

6. In inferioribus instantijs Nobiles de delicto non conveniuntur; sed â solo tribunali & judicio regio judicantur.

7. Nobilibus etiam proprios habere artifices, ad necessitatem, fas est.

8. Jus patronatus in ecclesias, ubi habitant, illis competit.

9. Et liberrima in Comitijs Nobi-

les

les habent vota; quæ per tres istas classes prædictas eunt: ubi singulæ familiæ, votum obtinent,& sententiam dicunt; ab infimâ ad supremam progrediendo. Unde satis in propatulo est, quantis Nobilitas Sveo-Gothica & Fennica,præ alijs,privilegijs gaudeat. Prout in ipso originali, quod sæpiùs typis excusum in omnium ferè manibus est, exprimitur. Præterquam quod nonnulli in residentijs suis, prædijs aut insulis, (quale exemplum supra libro 1.c.32.de insulâ Engsö inductum) specialia quædam privilegia, immunitates & jura jam ab antiquo, regijs diplomatibus stabilita, habeant. Quæ omnia hîc allegare brevitas prohibet.

Quanquam autem tot ac tantis illustres & nobiles hîc emineant privilegijs & prærogativis, rusticos tamen suos atq; colonos, (nisi qui exterorum mores, suo etiam cum damno, in libero populo, imitari attentent) humanitèr & modestè tractant. Unde & Dominorum & colonorum facultates magis in tuto sunt, magisq; augentur.

Atq; hæc brevitèr de nobilitate & equestri ordine in illustre collegium Regn: Svec: relato.

Neq;

Neq; enim nunc instituti est de reliquâ *Nobilitate* Coronæ Svecicæ subjectâ agere. Utpote LIVONIÆ; ubi familiæ etiam inveniuntur Nobilissimæ & bellicâ virtute clarissimæ, in illustris hujus collegij matriculam nondum relatæ. Nec earundem nomina & series mihi planè cognita. De priscis equitibus ensiferis & Militibus CHRISTI in Livoniâ, videatur Archontologia Cosmica Joh: Ludov: Gothofr: lib: 3. pag. 5.

Neq; hâc vice de *Nobilitate Germanicâ*, quæ nuper in Ducatu Pomeraniæ citerioris, Episcopatu Bremensi ac Verdensi &c. Svecicæ Coronæ accessit, tractatio suscipitur: Cum ultrà antiquos terminos calamus jam non extendatur.

NObilitatis & hic totuplex alma gradus: Ex quâ INDUPERATORES *non piget esse satos.*

STemmata conserva, DEUS optume, tanta & adauge:
Ut vigeant Regni robora firma diu!

LIB. IX.

LIBER IX.

DE
Regibus Sueo-Gothicis

CAPUT I.

REgum Sueciæ Gothiæq; seriem exhibeo; non ex græcis & Romanis authoribus, ut quidam stolidè exigunt; quippe cum hi antiquissimos nostratium ignorârint donec emigrationes ac bella eos aperuerint: Sed ex patriæ monumentis, (de quibus sup: lib: 2. c. 2.) & tabulatis ac documentis domesticis; quibus hîc major debetur fides, quàm exterorum quorundam nugamentis ac conjecturis futilibus, qui omnia ex invidiâ, aut præconceptâ opinione dijudicant. *Quanquam etiam inter eos nonnulli cordatiores, ut Ericus Pom: Bertius, Alstedius,* alijq; hunc eundem ordinem, ex annalibus nostris eductum, candidè servârint. His primus gentis & regni conditor salutatur MAGOGUS, Patre genitus Japheto & avo Noacho. Hic favore omnipotentis, diluvij aquis non extinctus, repressâ inundationis mole, in mon-

te Ararat, navigió exiens, septentrionis primùm sedes cultoribus replevit. (*Conf. sup. cit. lib. 2. c. 5. & Ioseph: l. 1. c. 6.*) Tres filij erant, *Cham* Africam, *Sem* majorem Asiæ partem; *Iaphet* reliquam & Europam occupat. Tandemq; *Magogi* filij -

Sveno, Sueoniam sive Sueciam. | Ut *Gethar* vel *Gogus* (al: Göye) Gothiam constituisse à scriptoribus non futilibus perhibeatur.

CAP. 2. UBBO frater postea mortuo Suenone Rex Sueonum creatus est. Cujus memoria in fundatâ ab ipso urbe Ubsaliâ conservatur.

C. 3. SIGGO a. huic post interregnum aliquot annorum, successit. Qui ob commodiorem regni adversus orientales populos transmarinos defensionem, propinquiorem mari urbem est in editatus; Et ne impunè in lacū Mä-

Imperante adhuc Suecis Siggone, Gothorum R. creatus est ERICUS 1. Sapiens & probus Eps tàm ll:m optimarum promulgatiōe, quàm imperij dilatatione clarus. Unde carminibus atq; cātilenis, quæ isti ætati loco historiæ fuêre, plu-

Måler irrumpentes vicina loca popularentur, *Sigtuniam* ædificavit. *Utiles populo dās ll:s diu prudentèr regnavit.* Tandem mortuus Ubsaliæ humatꝰ est.

plurimùm celebratꝰ. Is n. primus in insulas, quæ nunc Daniã constituunt, (*antea* Westalaheed & Widdaslätte *dictas*) colonias misit, *Regni fines proferre quã defendere haud minùs gloriosum ratus.* Quas propter & à nonnullis primus Gothorum Rex salutatur,

C. 4. Sueci à Gothis adhuc divisi, jam à Regulis seu Toparchis, quos judices alij vocant, aliquam, diu Regnabantur.

Post hunc, Gothorum regnum ad 5:tum usq; seculum Reges aliquot tenebāt, quorū (non secus ac impp:m id temporis in 1. Monarchia,) sola nomina historijs innotuerunt. Quæ ne quid antiquitatis, quod saltem apparuit, negligatur; Et Regum series, non interpolata, habeatur, hæc fuere: *Uddo, Alo, Othinus, Carolus 1. Biörno 1. Gethar 11. Siggo.* Nec absonum, regimini horum tot annos tribuere, si vivacitas eius ætatis consideretur, climatisq; salubritas, sub quo vitam ultra 100, ann: adhuc produci non infrequens est. Et diu post eorum tempora Romæ à 7, regibus, annis 243. regnatum sit; quorum

 tamen

tamen aliq ante naturalem vitæ terminum discerptus, alius fulmine ictus, alius ab antecessoris filiis occisus, alius generi scelere oppressus, alius, diu ante obitum, clausis portis exclusus.

C. 5. BEricus tandē, qui alijs Ericus II. dicitur, utriusq; regni potens; ut patriam innumerabili hominum multitudine, quæ añonæ caritatem variosq; motus gignere solet, maturè relevaret; nec minùs ut injurias ac damna ab *Ulmerugis*, *Curetibus* & *Livonis*, alijsq; maris accolis illata vindicaret; concione habitâ; *Quid subditi, eorumq; majores, à dictis populis, non semel tantùm passi fuerint, quidq; de cætero expectandum sit, ni maturè occurratur, exponit. Quantum sit vindicta bonum, exaggerat. Et virorum esse metum inferre non pati. Quod si differrent, hostem brevi imparatis imminere. Ijs autem qui animosè aggrediuntur, utcunq; res ceciderit, indelebilis apud posteros gloria manet.* Nec mora; tanto fervore concurritur, ut ampliùs non stimulis, & calcaribus ad incitandum, sed freno ac retinaculis ad moram inijciendam opus habuerit. Neq; sexus etiam imbellior expeditionis consilia improbat. Tantus proinde hominum numerus egreditur, quantum naves, quæ tùm

præ-

præstò fuere, capere potuerunt. Classis ad Gothlandiam, (al: Gothiscanziam) colligitur. Hinc in Rugiam & Ulmerugiam progreditur. Cum vicinis luctatur; donec vicina ac remota subjugârit: Variosq; populos deleverit, constituerit. Hinc Gothi externi & Gepidæ, primò per contemptum dicti (nam & adhuc dicimus Din Geper id est tarde & insulse) quem virtute posteà absterserunt. Quorum gesta suis assuentes alii passim perseqvuntur. Mihi, hâc vice, intra patriæ limites manere animus est,

C. 6. HUMULPHUS egressi Regis primogenitus, traditis à Patre, ante abitum, habenis diu pacatè usus; Regnum decedens filio, (*ut alij volunt nepoti*) reliquit.

C. 7. HUMBLE in locum avi (sive parentis) unanimitèr electus ex Gelildâ reginâ, Suetico sangvine ortâ, 4. filios, totidē postea Reges, suscepit: *Danum*, qui Danorū regno & genti nomen dedit; *test: antiqv: Chron: Svec: & Erico Pom: Hist: Dan: alijsq́;* ANGLUM, qui Angliam, NORUM qui Norvegiam (Norrighe q: Nores Rijke) gubernârunt. Quartus Sueciam Gothiamq; retinuit. In memoriam Humblis, complura adhuc loca nomen retinent; ut Humblebäck in Selandiâ — Smolandia Humblebodа/ Humblebäck/ Humbleryd &c.

C. 8. GOTHILAS igitur parenti in avitis regnis, electionis jure succedens, pacem bello prætulit. Undiq; securus opem popularibus, & in illis *Amalo exterorum Gothorum Regi*, ad compescendum *Mechelburgenses, Pomeranos, Curetes & Æsthios misit.* Unde & hi Gothico imperio parere didicerunt.

C. 9. SIGTRUGUS nepos illi successit; ab idolis Ubsalensibus, quæ summo colebat studio *plus ab auro quàm ferro sibi metuendum* edoctus, contra Gramum Daniæ R.m filiæ Groæ raptorem, fortitèr pugnans cecidit. *Sax: l.1. Expugnato n. aureis donis animo virginis aliorumq; amicorũ fide, facilis, ut fit, etiam de fortissimis victoria.*

SCARINUS, Gothorum R. post diuturnũ & felix domi imperium; audito, in extremâ senectute, cõsangvinei Sigtrugi Sv: R:gis obitu; ne regnũ vicinum in exterorũ manus deveniret, exercitũ opposuit. Cui se imparem Gramus deprehendens Senem ac decrepitum R:m ipse juvenis ac vegetus in arenam provocare non dubitavit. *Scarinus animo quàm lacertis firmior,* cunctis licet ob

C. 10.

ob disparitatem ætatis dissvadentibus, cõgredi non detrectans, facile prosternitur. Quem consangvinei tanto casu consternati, haud ægre seqvuntur.

C. 10. Nec adhuc tamen Suecorum Gothorumq; partibus Defensor defuit. Quamvis enim occasione iniquissimi raptus, regius hic sangvis defecerit; Rex tamen Norvegiæ SWIBDAGERUS, ex eodem oriundus & cognatus *Scarini*, hujus mortem & vim filiæ illatam vindicare certus; Suecos Gothosq, ad regnum, ultrò deferendum obstrinxit. *ut non tàm in alienam familiam translatum, quàm ab eâdem defensum videretur.* Nec spes fefellit. *SWibdagerus* enim Gramum morte ejusq; sororem prostitutâ pudicitiâ mulctavit. Quòd posteriùs ut Ethnicum istius tempestatis furorem sapit; ita prius inter heroica Regum facta minimè tacendum. Atq; ita *SWIBdagerus* trium regnorum potens, Norvegiæ, Sueciæ & Daniæ, *quem hic 6.tum in ordine hujus historici ponunt, 7.timum Daniæ Regem Guthormum Grami filium majorem constituit.* Nec dum tamen

Regio ſanguini parcitum. *SWIBdagerus* enim ad Gothlandiam ab Hadingo, altero Grami filio, ex improviſo ſuperveniente opprimitur. Hanc reddidit gratiam, quod in Sueciâ exul optimè habitus & militaribus exercitiis enutritus, quicquid in jiſdem profecerat, Suecis meritò acceptum ferre debuiſſet.

C. 11. ASMUNDUS, Swibdageri filius, cum neq; ab Hadingo ſine armis tutus eſſe poſſet, exercitum parans, unà cum filio Henrico ſeſe objicit. At non meliori fato, quàm ut uterq; in acie caderet. *Hadingo tamen ita imminuit, ut perpetua hujus luxatio, Aſmundi præſentiam ad extremum usq; halitum ipſi in memoriam revocârit.* Reginâ verò Aſmundi Gunnilda de caſu mariti certior, dolori ſuccumbens, ferro voluntariam ſibi mortē intulit. Cui unà cum Domino ſuo Ubſaliæ parentatum, ubi cineres requieſcunt.

C. 12. UFFO, alter Aſmundi filius, adhuc ſuperſtes, in patris locum eligitur; Quem ſumma coxit cura, ne parentis necem inultam relinqueret. Daniam igitur cum exercitu petit, obvia quæq; vaſtans ac protetens. Nec arma intra quinquennium poſuit. Hadingum verò obſidione & inediâ inauditâ preſſit. Sed inſidioſè tandem ab eodem occiſus; Ubſaliæ in monumentis Regum tumulatus eſt.

C. 13.

C. 13. HUNDINGUS, (Cuius nomen male interpretatur Meursius, canem denotare commentus; cum tamen hic Suecis pariter & Danis Hund dicatur; non Hunding; quod hominum proprium est: & Selandiæ quidam R. Sivaldi II. successor eodem fatente, nomine Hundingus fuit.) tertius fratrum, populi Suec: votis Rex constituitur. Hujus animo cum fraternæ cædis majorum cumulatæ ultio, non minùs quàm pericula & adversa nuper Hadingo iminentia obversarentur; res per arbitros, sano consilio, eò deducta fuit; ut, omni utrinq; hostilitate positâ, sincera pax coleretur; Et avitis regnorum terminis uterentur. Quod miro exemplo successit; Et inter anteà infensissimos, tàm arctum amicitiæ vinculum intercessit, ut uterq; nunciato amici fato mortem sibi consciverit, Suecus fallaci rumore permotus, (*dubium an fraude Danorum ut fidem explorarent*) instructâ diætâ mulso; Danus ad veriorem famam laqueo vitam finivit.

C. 14. REGNERUS fil: post intolerabiles novercæ *Toriidæ* in se & fratrem *Thoraldum* injurias, quos à regiâ ad pastoritiam conditionem in Helsingiam detrudere ipsam non puduit; â Svanhuita Hadingi filiâ

excitatus & suffultus, ordinum Regni Suec. consensu R. proclamatur; Et Swanhwitam conjugem ducit. Cum quâ diu vivens feliciter regnavit. *Ita, volentibus fatis, ex Regibus pastores, & ex pastoribus Reges fiunt.*

C. 15. HOTHEBROTHUS Regneri fil: populi consensu succedit. Hic Regem Dan: ROE tertio prælio superatum occidit; Daniam occupat: Imperiumq; inter fl: Albim & Tanaim extendit. *Sed in Danos Duce Helgone aliisq; deficientes iterum tendens, naufragio vitam finiit;* E reginâ Gyritâ Norvegio stemmate filios reliquit Attilum & Hotherum.

C. 16. ATTILUS Patri in Regno successit, qui non tantùm defectione Danorum, sed & opprobrijs Helgonis Dani in Suecos & Rolvonis cum matre Ursiliâ Danica, thesauros furtim amoventis injurijs exasperatus, canem Danis Regem præfecit. Suspicabar hic sub fabulâ tantùm veri aliquid contineri: Regem scilicet caninis moribus, impudicum: rixosum, malevolum. Sed D. Ol: VVormius Danus in alterâ serie regum Daniæ è codice Ill:m Scanicarum hæc verba runicis literis habet; Of Swerigis Konung skipade en Racka at warda Konung i Danmark. Et manuscriptum quoddam idem confirmare fatetur; Præterquã quòd antiq:Chron: Suet: Joh: M. aliiq; id disertè asserant. Alii ab Attilo 3:o id factum aiunt.

Utut

Utut sit; A Rege Sueciæ Danis Regem datum esse, & quidem in irâ, minusq; comodum, sat manifestum est. Attilus vitæ satur Ubsaliæ mortuus est.

C. 17. HOTHERUS, à fratre Attilo adhuc superstite ad petitionem Danorum, ut cum exercitu venientem placarent, Daniæ Rex constitutus, seditiosum Balderum in freto Baldersund superavit, Daniæ Regnum sibi asserens. Sed à fratre Balderi Boo/ sive Boo, Ruthenorũ P:pe, occisus est.

C. 18. RODERICUS Slingeband/ ab armillarum infelici jactu, quas in navim Ubbonis Pugilis, præmium fortitudinis trajecturus in profundo perdidit, cognomen accepit. Patri Hothero in regnum Sueciæ successit; itemq; Daniæ sceptra, Boo sive ejecto sive mortuo, recepit. Et Meursio 16. Rex Daniæ est. Is etiam Curlandos & Vendos in littora Suecica irreptã tes, vicit ac defectionem meditantes subjugavit. *Horvendillo* Dano filiam Girutam nuptum dedit; simulque Regnum, sub annui tributi pensione, cõcessit. Senio confectus exspiravit.

C. 19. ATTILUS II, filius Roderici cum vicinum orientem domuisset, ar-

mis in-

ma in Vermundum Daniæ præfectum, debita tributa negantem convertit: ejusq; exercitus Ductorem Frovinum Slesvicensem duello perimit; Danumq; imperata præstare cogit. Sed à duobus Frovini filiis, Retone & Vigone subjectionem simulantibus, solus & imparatus impellente promissis Veremundo tandem occiditur. Unde plus opprobrii quam laudis consecuti, teste Saxone: Cum duos contra unum decernere iniqvum; immò antiquitus probrosum. Indeq; prov. Attiles Bane/ brôt gamble Kåmpars walle.

C. 20. BOTOLPHVS al: Botvild' Attili sive filius sive nepos; unanimitèr in Regem Sueciæ & Gothiæ cæso parente eligitur. Ob crudelitatem & ignaviam in historijs malè notatus est. Ideoq; regno pulsus fuit; sed ad resistendum hostibus Dano & Rutheno conjunctim invadentibus revocatus est. Redux emendationem meditatus obijt. Ubsaliæ sepulchris majorum illatus.

C. 21. CAROLVS 2. Botolphi nepos justè & prudentèr regnavit; inhospitales lege coërcuit. Pacem coluit, nisi quod Tordonem Norvegiæ Satrapam generum suum cum exercitu occurrentem suis manibus interfecerit.

C. 22. GRIMMERVS tandem, homo impius, crudelis & avarus, ad regnum pervenit: Qui ut Deos Ubsalenses auro spoliavit; ita ferro strangulari meruit.

C. 23. TORDO, filius Patri longè dissimilis; ideoq; magis fortunatus & bello felix: Æsthiorum, Curlandorum & Ulmerugorum validam classem devicit. Saxonesq; Sueciæ bellum inferentes profligavit. Hinc diu tranquillè regnavit. Exitus in incerto est.

C. 24. GOTHARVS I. Patris successor, optimus princeps, occiso Frothone 2:do Dan: rege, Soceri sui Frogerti Norv. Regis doloso interfectore, filium Frothonis Danum 3:m 12. annorum puerum Dan: R:m constituit: Eiq; regnum contra Saxones tumultuantes asseruit. Tandem honoris & dierum plenus decedens, Ubsaliæ sepultus est.

C. 25. ADOLPHVS Patris sui Gothari successor Danum Saxonum & Vandalorum viribus subnixum seditionem molienté ingenti prælio fudit: Tostonemq; seditionis authorem morte mulctavit *& Daniam ad obedientiam redegit.*

C. 26.

C. 26. ALGOTHVS prædecessoris nepos vel aliàs consangvineus, justè & pacificè imperavit: De concordia inter Suecos & Danos magis quàm bello sollicit⁹.

C. 27. ERICVS 2. Patri in tribus hisce regnis successit, pius ac prudens princeps: Æsthios ac Curetes sub potestatem redegit. In Westrogothiâ mortuus ac sepultus perhibetur.

C. 28. LINDORMVS, Erici filius post fata parentis eadem tria regna accepit. Quo in bello contra Ruthenos & Æsthios occupato Dania Ductore Fridlevo Snare i. e. celere, defecit.

C. 29. ALARICUS Lindormi nepos in Regno Sueciæ sufficitur. Cum Gothorum Rege certans, ab Erico diserto Norvego Gestiblindi Parastata in duello haud inultus expiravit.

GESTIBLIND9 Senex à Gothis, in electione Alarici præteritis, Rex salutatur. Suâ authoritate & prudentiâ tantùm effecit ut Ericus adiutor suus utrumq; regnum obtineret.

C. 30. ERICVS Disertus (al: sapiens, Hin Wijse) Regibus Sueciæ & Gothiæ sine liberis decedentibus, unanimitèr

suc-

successor est electus. Heros ingenio, lingvá & manu promptus: Frothonem 3. Dan: Regem eloquentiâ, tergeminos fratres Grepas in Daniâ nimis potentes etiam viribus superavit. frothonem naufragio eripiens ejus sororem Gunvaram conjugem meruit. Eiq; vicissim Alvildam Gethari Norv. Regis filiam astu adduxit. Diu feliciter præfuit: *In eo felicissimus, quod ipso imperante* SALVATOR JESUS CHRISTUS nasci voluerit.

C. 31. GÖTHRICVS Erici primogenitus paternarum virtutum imitator, ut motus domi gliscentes præveniret, numerosâ hominum catervâ in Pomeraniam trajecit. Hinc Suetzeri in Helvetiâ: Picti in Scotiâ originem habent. Ipse Ulmerugos, Curetes & Lithuanos tertiâ exercitus parte subegit: Cui Philmerum filium præfecit. Et in Patriam reversus apud Westrogothos fatis concessit.

C. 32. HALDANVS fratri succedens, 15. Norvegiæ pugiles prostravit. Fridlevo Frothonis filio regnum Daniæ contra Jarnum vindicavit. Sed à regni proce-

sibus

ribus tandem ob aſperius imperium trucidatus eſt.

C. 33. PHILMERVS Götrici filius, in Patrui locum ſurrogatus eſt poſtquam Heruitum Ruthenorum regem armis Samogetarum Ulmerugorũ, Curetum & Lituanorum, quibus à Patre præfectus fuit, ſuperaſſet. Hic iterum regni terminum ad orientem Tanaim habuit.

C. 34. NORDIANVS Philmeri filius ab Heruitho Rutheno in Regno Sueciæ Turbatus, in Gothiam confugit. Hervithi tamen filius patri cognominis à Suecis extranei regiminis impatientibus, mox ſublatus eſt.

C. 35. SIVARDUS Haldani filius & Göthrici nepos ob parentis ſeveritaté ægrè admiſſus: vicit tamen authoritas Helſingici pugilis, jam à temporibus avi Göthrici, geſtis per orbem celeberrimi Starckateri

CAROLVS 3. à Gothis, Sivardi imperium in odium parentis, planè detrectãtibus, in ſolium evehitur. Hic Haraldo Dano Frothonis fratri, filiam Signem nuptum elocavit: ex quâ Haraldus & Haldanus ſuſce-

teri, eâ lege ne unquã paternæ cædis ultio nẽ meditaretur. Frothoni v. Regi Daniæ filiam Ulvildam in matrimonium dedit.

At à nepote Frothonis Haldano, quod suspectus esset tanquàm conscius cædis Haraldi huius genitoris, Sivardus confossus est,

suscepti. Quorum nepotum suorum patrocinium ac tutelam gerens, proditorijs Frothonis artibus Carolus interijt. Quod illi haud inultum reliquerunt.

C. 36. *Ericus* 4. Sivardi ex filiâ nepos avo succedens, in cujus ultionem Haraldum Danum adoritur & tertium victor obtruncat. Quod frater Haraldi Haldan ægrè ferens, Ericũ insidiosè & crudelitèr perimit.

Causas tot Illustrium funerum, tantarumq; cladium, matrum dissidia & instigationes extitisse historici augurantur.

C. 37. *Haldanus* 2. Caroli Goth: R. ex filiâ nepos, quod acriter parentis & avi necem vindicasset à Sueciæ proceribus regno non indignus habebatur. Cum agnato rege Gothorum pacis fæde-

Ungvinus Gothorum Rex, cum quo Haldano sangvine jũcto firmissima, dum hîc vixit, fuit amicitia Gothiæ regnum pacificè administravit. Quin & ab eodem Haldano, morti jam

vic

fœdera sanctè coluit. saxis è montibus pugnans *Berggram* dictos *Piratas domuit: Quorũ Duces Amundum & Tochonem extinxit. Sivaldum illustri loco in Sueciá natum cum 7. filijs tumultuantem occidit. Fortes etiam pugiles, Harthenum & Grimonẽ devicit: Thorildamq. Norvegiæ R. Hotheri filiam duxit; Unde Asmundum progenuit. Ex quo Regum Norvegiæ stemma descendere putatur. Et Senex tandem vita functus est.*

C. 38. *Regnaldus* al: Ragvaldus, in Sueciæ Regem contra Ungvinum evehitur: Sed ab hujus filio Sivaldo acri prælio vincitu[r] vicino, Suecis ut sibi succederet est commendatus. Quod etiam respectu virtutum haud difficulter obtinuit. Nec æmulo tn. caruit. Quidam n. Suecorum potentiam ejus metuentes, Regnaldum quendam non ignobili loco natum, Regẽ elegerunt. Ungvinus igitur (quẽ alij Euginum vocare malunt) jam decrepitus & viribus deficiens, hoc casu consternatus, animi dolore vitam finijsse traditur

Sivaldus Ungvin. fil: in Regno Gothiæ & Daniæ Patri successit. Qui, ubi cum Regnaldo per triduum pugnam continuasset, tan-

citur atq; è medio tollitur.

tandem victor extitit.

C. 39. *Amundo 1.* Regnaldi filio jã seni sceptra Sueciæ cōmissa sunt. Qui otio delectatus regni curã Hachoni primo genito cōmisit. fuerunt ei præterea tres filij, quorum amicitiæ & dissidia cum Regis Danorum filijs, nec non Haboris seu Hagbarti & Signes amores ex historijs & antiquis cantilenis satis noti sunt.

Huic mortuo in Daniæ regno filius Sigarus successit. Cui tres fuerunt filij, Sivaldus, Alfo & Algerus, nec non filia pulcherrima Signe.

C. 40. *Hacho* sive Haquinus, post obitũ Patris, suo nomine regnũ administravit. Hic fratris Hagbarti suspendium ulturus R:is Dan: Sigari excubitores ramis sylvestribus delusit, Regemq; ipsum arma opponentẽ interemit.

Sivardus Gothiæ Rex ab Haquino Sue: Rege, in bello cæsus est

Huius filia Alvilda primùm virgo modestissima, deinceps pirata fortissima Alfum Daniæ R. filium ad portum naturâ munitissimum Zangö Nylandiæ armis imminentem sagittis & ferro excepit ac repulit. Mox eiusdem amori cedens, novam Regum Daniæ progeniem dedit.

C. 41. *Ingo* primus sive Ingolphus unanimi populorum consensu, post fata prædictorum Regum, regnum utrumq; cõjunxit. Hunc *Gylpham* habeo, Cuius tempore Othinus Asiaticus superstitionem suam instigante Diabolo ut crescenti Doctrinæ Christianæ sese opponeret longè lateq; per orbem spargens, in Sueciam pervenit. Instituto igitur Ubsaliæ idolorum cultu Rex quoq; electionem Regum, non procul ab eadem ad Morasteen semper habendam statuit, Qui gravis ætate decedens Ubsaliæ tumulatus est.

C. 42. *Nearchus* primogenitus Patri surrogatur. (Hunc Sturleson Niord vocat, Othini filium asserens, sicut adhuc Impp: & Reges Summorum Pontificum filii salutantur eosq; vicissim sanctissimos Patres resalutant.) Tranquillè & pacificè, regnavit.

C. 43. *Frotho* Ingonis secundogenitus, quem Sturlesonius Frei nominat, fratri succedens, à pacis studio Hin Fredgodhe dictus est. Hic Templum Ubsaliæ condidit; & Ubsalenses divitias (Ubsala Ode) ordinavit.

C. 44. *URbarus* (Quem Sturl. Oder appellat) | *Fiolmus* (Chron: Norveg: fiolner) tertius

pellat, eiq; coniugem Sacris præpositam, pulcherrimam ac sapientissimam, Friggam seu Freyam assignat: Cui divini honores delati, & ab illâ nobiles fœminæ Frwer dictæ.) ob peritiam artis militaris in quâ filios quoq; sub Gunnone diligentèr exerceri curavit, unanimiter ad Imperium evectus est.

C. 45. *Ostanus* Patri succedens fratris Nordiani cædem in Norvegos per Gunnonem informatoré suum, severè vindicavit. Quibus, devicto Regnaldo, canem præfecisse fertur. Conf. Sturlef. Chronic. Norv. pag. 72. & 73.

C. 46. *Attilus* 3. Ostani filius natu râ quidem ad pacis studium inclinans; sed tius Ingonis filius Gothorum sceptra retinuit. Homo luxui & gulæ deditus: In mulsi dolio, sive casu, sive ludibrio ministrorú, suffocatꝰ perhibetur.

Svercherus 1. Patris successor, robore corporis insignis, laude digna gerere, equo delapsus præmaturâ morte prohibitus est.

Valander Svercheri filiꝰ conjugem accepit Drivvam fennorũ Regis Snionis filiam ex eâ filium Visbur. At cum post decennium monitus ad eam in Feñingiam non rediret, filiũ remittens, ipsum operâ veneficæ Huldæ interemit: unde incubo dormiens suffocatꝰ perhibetur.

& marte bonus ac clarus fuit: Nam & Danos sub potestatem redegit. Et Ruthenos armis superavit. Unde cum Valander Goth: R. Danis sibi obnoxijs imineret, Attil⁹ in ipsum quoq; ferrum strinxit. Eúq; in conflictu læsit. Sed mox finitum est hoc bellũ firmaq; inter Sueciæ & Gothiæ Reges pax coaluit. Et ipse multis præclarè gestis celebris moritur atq; Ubsaliæ sepelitur.

C. 47. *Dignerus* (Sturl: Digvvi) Ostani ex sorore nepos & Domari Regis Got: filius primus Konung salutatus, Reges enim ante eum Drotter dicti sunt. Ubsaliæ morbo occubuit.

Egregius bello fuit, Scaniæ Hallandiæq; Dominũ tributa pendere coëgit: ulterius in Daniam progressurus; nisi ab Attilo Sv: R. impressionem in Ostrogothos faciente retardatus fuisset.

Visburus avaritiâ subditis pariter & filiis exosus Quocirca Grisæus & Anundus ex priori coniuge Audæ divitis filia quàm repudiavit, eum dotalitium secundum Jus Sueeanum in nuptiis promissum ipsis denegaret, patrem exusserunt.

Domalder Visburi ex alterâ coniuge filius, sceleratus & impius: Diis Ubsalēsibus, ob annonam, à subditis mactatus est.

Domarus fili' majorum exemplis territus pacificè & modestè regnavit. Ubsaliæ exspiravit & regio more crematus est.

C. 48.

C. 48. *Dagerus* Digneri filius prudens ac fortis R. utrumq; Regnum conjunxit. Devicto pirata Ruthenico Retnone Ruthenis tributa imperavit. Danisq; subjectis, nimiũ fidens ex insidijs in Juthiâ perijt.

C. 49. *Alaricus* Ruthenos à Patre subactos & tributum denegantes in ordinẽ redegit. Alijs placidâ morte in patriâ obivisse, alijs fræno à fratre Erico, qui regnum ei invidebat, occisus notatur. *Tanto cum periculo solium conjunctum est.*

C. 50. *Ingemarus* (*vet: Chronic: Suet: & Sturlesonio* Ingwi) Alarici filius, patrem, avumq; imitatus, Ruthenos sub jugo retinuit. Validum etiam in Dan: R. Haraldum parasse exercitum; sed dolis Reginæ Dano cognatione obnoxiæ, per sicarios præventũ hist: notant. Supracitati Ingwi fratremq; Alverum mutuis vulneribus in cubiculo concidisse afferunt.

C. 51. *Ingellus* 1. Ingemari fil: (*antiq: Chronic:* Huglech *Alveri filius*) Haraldum Dan: R. prælio terrestri & navali superavit, sororemq; ejus Geram abductam sibi copulavit. Ob cujus impudicitiam à fratre inter-

emptus est. (Zugleck) ab Hacone Norvego in Stu-rißwald prope Ubsaliam superatus scribitur.

C. 52. *Germundus* al: Jorunder/ parentis successor, à Danis, remisso in patriam exercitu, contra pacta diris juramentis confirmata comprehensus in freto Ottesund suspenditur. Fide sed cui vide.

C. 53. *Haquinus* cogn: Ringh (aliàs Aune) Germundi fil: perfidam patris necem vindicare ardens: Haraldo Hyldetand Dan: R. bellum indicit. 7:ennium utrinq; præparantur. Hinc fretum balthicum navibus constratum; & innumerabiles copiæ collectæ: quæ in campis Bravallinis Smolandiæ concurrunt. Hic victus Haraldus, & cum eo 30. ducum M. à parte Danorum ceciderunt. Ringo victor victo parentat ac honorificè sepeliri jubet. Selandiæq; fœminam Hetham, Scaniæ verò Olonem pugilem præficit. Diutissime vixit, ætatem ultrà annos 200. ut habet antiq: Chron: Suet: & Sturl: in Chron: Norv. extendens, Quam longævitatem immolando Diis Ubsalensibus 9. successive filios impetrasse fabulantur.

C. 54. *Egillus* Wendelkråka Patri surrogatus, à seditioso Tunnone octies victus nono conflictu victor extitit, Ipse tandem

dem à Bove confossus Ubsaliæ tumulatus est.

C. 55. *Gothar* 2. al: Ochtar/ filiam Sivardi Dan: R. per Legatum Ebbonem nuptum petit, optatumq; responsum accipit. Sed cum idem Ebbo sponsam adducturus, ex insidijs in Hallandiâ vix elapsus: Gotharus Sivardo bellum infert, eumq; in Hallandiæ finibus sternit. Et Hallandiam, Scaniam atq; Selandiam D. Simoni Snare Sueco gubernandas tradit. Gotharus à fratre Fastone ob trucidatum Sibbonem virum illustrem, Stupri sorori Regis illati falso incusatum, occisus est.

C. 56. *Fasto* fratri succedens Jarmericum Danum Sueciæ inhiantem fortiter reprimit.

C. 57. *Gudmundus* Fastonis filius post parentem regnum tenuit; *sed gesta ejusdem historiæ exciderunt.*

C. 58. *Adelus* Gothari sive filius sive nepos Rex ditissimus Jarmericum Dan: & Olaum Norveg: R. superavit. In sacris Disæ equo collapsus, contuso ad lapidem cranio, interijt.

C. 59. *Ostanus* 2. post Patrē regnavit, sed nimis avarè ac luxuriosè, quocirca Nyco-

piæ unà cum aulicis suis combustus est; Cineribus in profluentem sparsis.

C. 60. Ingemarus 2. prædecessoris filius patrem virtutibus & belli gloriâ lõgè superavit. Danos enim Ruthenos, Curetes ac Æsthios subjugavit. Tandem securus in Longö/ Balthici insulâ interfectus obijt.

C. 61. *Biörno* 2. Succiæ Rex R.gis Goth: Holstani filiam conjugem accepit; Et post soceri fata utrũq; regnum conjunxit. *Sed conjugem Enið Danus dolosè abduxit. Quã Biörno armis recuperat; Raptorẽ obtruncat; Daniamq; subijcit. Et paulò post Ubsaliæ fatis cõcedit.*

Holstanus 1. Ingemari filius Gothiã retinuit. Cujus filiam Snið R. Dan: ambivit, spe Hallandiæ & Scaniæ simul obtinendæ. Sed repulsam passus Æschillum Holstani præfectum tollit: Dictasq; provincias ad breve tempus occupat.

C. 62. *Ragvaldus* 2. Biörnonis filius, ut Suecis ac Gothis mitissimus, ita Danis ob matris raptum, gravis fuerat: Fœminas eorum passim prostituens.

C. 63. *Svartmannus* in sceptra Sueciæ

Goth:

Goth: & Dan: successit. Qui pariter istis placabilis; His, præsertim res novas agitantibus, truculentus extitit. Post 28. annorum imperium in Ostrogothiâ vitâ excessit.

C, 64. Tordo 2. fil: diu post Patrem eadem tria regna tenuit. At Dani tandē auxilio Gallorum & Anglorum Duce Haraldo, rebellarunt. Quos Arcturus Angl. R. paulo post graviori jugo pressit. Hinc patet undè historiæ Danicæ deliquium supplendum. Tordo ab aliis Scaris, ab aliis Ubsaliæ tumulatus dicitur.

C, 65. *Rodolphus* in locum successit, laudabilis princeps, Qui spontè abdicato imperio, ad Gothos in Italiam contendit.

C, 66. *Hathinus*, à quo Regia olim sedes Hătuna dicta putatur; Herulis filium sibi cognominē Regē petentibus dedit.

C. 67. *Attilus 4. tutam pacem incerto bello præferens: Defendendis magis quàm ampliandis regni finibus incubuit.*

C. 68. *Tordo* Rex Suec: & Goth: illi successit: Cujus nulla in historijs facinora memorantur.

C. 69. *Algothus* 2. illi proximus, in laudatissimis Regib᷈ habendus; Leges æquis

saxis

tatis quàm rigoris pleniores tulit. Rotherũ cum suâ Russiâ sub tributum mittit. Satyrosq; suppolares devicit. Provectæ demum ætatis decedit & Ubsaliæ conditur.

C. 70. *Ostanus* 3. inexplebili avaritiâ subditos vexavit. Unde non immeritò Sueciæ Godztagh (nam Godz bona & divitias, Taga rapere denotat) dicitur: sicut antecessor Algot (Al enim omne sive totum, godh bonus est) appellatus; Vt nomina personis exactè quadrarent. Sed ut humili & obscuro loco ortus est Godztagus, ita cunctis invisus facilè deiectus.

C. 71. *Arthus* igitur Algothi filius fœde cæso tyranno cum asseclis, diadema communibus suffragijs accipit. *Princeps omni encomio major; apud vicinos & latè per orbem formidabilis pariter & gloriosus. Cujus aula in tantâ æstimatione habita, ut felicem prædicârint qui in eam recipi mereretur.* Livonos, Russos & Curetes simul subiecit. Metasq, imperii Tanaim & Albim fl. agnovit. Hic etiam pro insigni regni TRIBVS CORONIS utebatur. Vbsaliæ requiem nactus scribitur.

C. 72. *Haquinus* 3. Ostani filius, parente aliquanto mitior successit. Quem tn. laude aliquid dignum gessisse ex historiis erui nequit.

C. 73. *Carolus* 4. Patris successor, cujus ut breve regnũ, ita nihil memorabile.

C. 74. *Carolus* 5. *ut Patri antecessori cogno-*

gnominis; Ita imperij diuturnitate ac celebritate æquiparandus.

C. *75*. *Birgerus* 2. fratris successor; Cum eodem, & parente solo nomine historiam auget.

C. *76*. *Ericus* 5. prædecessoris filius in subditos lenissimus; indeq́, & ipse tutissimus ac invictissimus. Biörnonis (quem Dani ut è diuturnâ servitute quâ vicini premebant, eluctarentur, sibi præfecerant) machinationes irritas fecit: Eumq́; retudit.

C. *77*. *Tordo vel Torillus*, cum ipse ut avarus & sacrilegus homincsq́; Deosq́; denudasset, à suis in manibus Haraldi Dani deseritur.

C. *78*. *Biörno* 3. parenti substitutus, diuturnum atq́; tranquillum regnum habuit.

C. *79*. *Alaricus* 3. exemplo parentis, amans pacis erat. Hinc & firmioris amicitiæ vinculi cum vicinis nectendi gratiâ, natam unicam Sigridem Gormoni Dan. R. nuptum dedit. Ipse placidè mortuus Ubsaliæq́; sepultus. Filio regnum reliquit.

C. *80*. *Biörno* 4. is fuit: *Carolo M. Imp. R. contra Gotricum Daniæ R. pro defensione Christianæ religionis, fœderatus*. Idemq́; in Sl: Ludovi Imp.

Imp. continuatum est. Ille Herbertum Lincopensis templi fundatorem; Hic S. Ansgarium verbi divini præcones & præsules misit. Regnavit hic Biorno diu & pacatè: Donec in urbe Bircâ, tum metropoli, quàm vivus incoluit, defunctus requievit.

C. 81. *Bratemundus* successor ad paganismum relapsus, à fratre Sivardo de regni possessione litem movente, in Nerikiâ vincitur atq; opprimitur.

C. 82. *Sivardus* al: Frö dictus devicti fratris locum occupans Norvegos subjecit, fœmineum ibi sexum parum honestè habẽs à Regnero Dan: R. superatur. Normanni tribus his regnis egressi hoc tempore.

C. 83. *Herothus* mox ad sceptra Svec: & Goth: evehitur. Qui cum Regnero D. R. de Scaniâ in contentionem venit. Sed quod armis assequi desperavit Danus, nuptijs Thoræ Herothi filiæ astutè obtinuit.

C. 84. *Carolus* 6. (quem Dani Sorlum vocant) post Herothum Rex electus est. Quibusdam tamen ex proceribus ad Regnerum spectantibus. Hic callide Ingevalli affinis causam agi simulans animos Suecorum distrahit. Carolumq; derelictum facilè pessundat. Filium suum substituendum curat.

C. 85. *Biörno* 5. *Herothi nepos, dolo, & non legitimâ electionis viâ, intrusus, cum pudore deiicitur.*

C. 86.

C. 86. *Ingellus* 2. Herothi filius â Biörnone ejusq; patre & fratribus bello petitur. Consiliũ cum suis agitans flammis involutus perit: *sive à proditoribus subornatis; sive, ut alij volunt, pusillanimitate sponte subjectis.*

C. 87. *Olaus* Trätelia Ingelli filius per multa discrimina ob factiones à Danis excitatas, ad regnum pervenit. Regner: & Biör: ad occidentem incursantes Gothis; Widserk cum ad orientem Suecis repulit. Vitæ satur mortuus & Regum monumentis Ubsaliæ inlatus est. Filios reliquit Haldanum Norv: R. Regumq; satorem & Ingellum domi successorem.

C. 88. *Ingellus* 2. Regneri Lodbrok D. R. filiam sibi matrimonio jungens, pacem restituit. Et ex illâ filium tulit.

C. 89. *Erico* huic nomen fuit 6. cogn: Wäderhatt/ quod ipsius pileo venti obsecundarent, pro eo ac verteretur operam dantes. *Tanta tùm præstigijs Diaboli vis inerat!*

C. 90. *Ericus* 7. ab armorum felicitate, Segersäll dict9, Fenningiã, Æsthiã, Curlandiã, Livoniam sibi subegit. Suenonem Dan: R. regno ejecit: Inq; extremis Scotiæ latebris per 17. an: ad Erici usq; obitũ exulare coëgit.

C. 91.

C. 91. *Ericus* 8. (vulgò Stenchillus) curâ restaurandæ religionis quæ jam 80. annis jacuerat, Hamburgo sive Bremâ prædicatores Adalvardum & Stephanum evocat. Qui multos Bircæ baptizant. Sed fervido nimis ac præpostero zelo in se Regēq; Adalvardus, populum irritavit; undè utriq; mors accelerata. *Expectoranda proinde animis prius idololatria, quàm idola altaribus deÿciantur.*

C. 92. *Olaus* 2, Skott Konung (à collationibus in usum Papæ indictis cognominatus) Stenchilli filius, toto nisu religionem, nec sine successu, propagavit. Ex Angliâ S. Sigfridum cum nepotibus, Æschillum & Davidem accersiri curavit. Matrem ejus Sigridem divitem, prædictus Sueno D. R. duxit, ex quâ natus Canutus dives, ut filiam S. Olaus Norv. R. cum quo antea grave bellum fuit. Sicuti & cum hujus prædecessore Olao Tryggonis; Quem junctis viribus cum Suenone vitrico in mare se præcipitare adegit. Diu regnavit ab A. C. 980, ad 1018. quo obijt Lincopiæ sepultus.

C. 93. *Amundus* 2. Carbonarius, filius Ol: Skott K: à S. Olao Harald: R. Norv: edu-

catus

cato, multa ejusdem & Christ: religionis gratia tàm à Norvegiahis quàm R. Dan: Canuto, cum quo & acre bellum gessit, perpessus est.

C. 94. *Amundus* 3. Slemme i.e. vilis, ab ignaviâ sic dictus, Scaniam, quam armis tueri debebat, terminis stolidâ pactione positis, à Gothiâ diremisse fertur. Serò deinde vi eandem repetere tentans ad pontem Stångepålle grave damnum accipit. *Non aquè facile est amissa recuperare ac jam occupata servare.*

C. 95. *Haquinus* 3. Rufus westgoth', primùm Gothorũ, dehinc & simul Suecorum Rex; 13. annis pacificè & laudabiliter præfuit. Morbo exanimatus in Leffweng/ ubi primas vitæ auras hausit, sepultus iacet.

C. 96. *Stenchillus* 2. Junior R. Olai Skott Konung ex sorore nepos, ingenti corporis & animi robore, Religionis & Il:m curâ eximius; Rex inter primos laudatus. Westgothos præ cæteris amavit: *Apud quos & diem obijt. Postquam Danos triplici prælio fudisset.*

C. 97. *Ingo* 3. justitiâ ad cœlum fertur, alijsq; ad exemplum proponitur. Scaniam Sueciæ reddidit. Sed ibidem noctu in lecto nefariè

E e cru-

trucidatur. *Corpus WeStgothi gressabundi repetunt; honorificè q; apud se sepeliunt.*

C. *98.* H*aistanus* 2. in locum fratris lectus, pie optimeq; administrati regni fructum retulit: Desiderium vidz: ac luctū subditorum post suam mortem. *P:piis enim dedecus est si istâ latentur.*

C. *99.* P*hilippus* Patris successor virtutis paternæ imitatione subditorum animos sibi adjunxit. Cuius tempore sz: A.C.1086. Magnas quidam Regni Suec: Folko, S.Canuti R.Dan: fil: Ingridem duxit: unde Folkungorum familia. Filii huic duo fuerunt Benedictus, & Canutus Ducis Birgeri Pater.

C. 100. I*ngo* 4. fratri (Joh: M. dicit patri) succedens, nec patri, nec patruo de iustitiâ concessit: Cuius administrandæ gratiâ cum regnum obiret venenum, vel ab æmulis, vel iustitiæ impatientibus in Ostregothiâ ad Wreta propinatum hauriens vitam finivit. *Hic arma non nisi pacis gratiâ induenda laudabiliter meminit.*

R*agvaldus* 3. cog: Knaphöffde/ homo inflatus & stolidus: ab Ostgothis R. sumitur. Sed in VVestgothiam tendens spreto, contra patrium morem, salvo conductu, ad Carleby trucidatur.

M*agnus* verò 1. R: Dan: Nicolai filius, Ingonis 4. ex filiâ Margarethâ nepos, à VVestrogothis electus, in Daniâ interemptus est.

C. 101. S*vercherus* 2. Senior dictus, unanimitèr Rex electꝰ; Monasteria Alvastra

&

& Warnhem aperuit & transmarinis monachis honoravit vel oneravit. Regis Dan: Nicolai Sponsam Ulvildam, illustrem virginem Norvegam, intercepit, Ex quâ Carolum, Johannem & Simonem, avum maternum D. Birgeri Jårl/ sustulit. A stabulario vigiliâ nat: Ch: interfectus, ad altare magnum cœnobii Alvastrensis conditus est.

C. 102. *Ericus 9.nus* cogn: S. non Rege natus, sed ob virtutem Regijs nuptijs, Christinæ Ingonis jun: filiæ, & diademate ornatur. *Mox Fennis devictis parcens, Christi nomen per S. Henricum prædicari fecit.* Dein patriam Legibus ornat; Exactionum parcissimus, vitâq; innocentissimus. A Magno Skateler Henrici R. Dan: filio clàm cum exercitu Ubsaliam subrepante, trucidatur. Sed populus confestim vindicat: Daniq; non procul Ubsaliâ cæduntur. Hinc nomen templo & Ecclesiæ Danmark.

C. 103. *Carolus 7.* Suercheri sen: fil: ad necem S. Erici vindicandá accurrere simulans; Reverâ ut Coronã ambiret. Quam Ostgothi antehâc obtulerant. *Votiq; compos factus 7:ennium pacificè regnavit.* Et à Canuto S. Erici filio, ut paternæ cædis haud insons, in Wisingzö occisus est.

C. 104. *Canutus* S. Erici filius triennale in Norvegiâ exilium, devictis hostibus, annis 23. laudabilitèr præfuit. *Naturæ debitum persolvens, in Warnhem sepelitur.*

C. 105. *Svercherus* jun: Caroli fil: R. Canuti filios (*excepto Erico in Norvegiam effugiente*) in ultionem patris tollens, subditos exasperavit. Cuius subsidia Danica, licet maxima ad Lena in VVestrogothiâ cæsa sunt ut ne nuncius cladi suæ perfuerit. Ipseq; Rex iterum post biennium unà cum auxiliis Danicis profligatus occubuit.

C. 106. *Ericus* 10. Canuti filiam R:is Dan: Waldemari Rechissam conjugem duxit, Cumq; 7. annis pacatè & feliciter rexisset in patrio monumento conditus est.

C. 107. *Johannes* 1. Suercheri filius à mansuetudine mitis dictus; Clero ut parens, benignissimus. Post triennale imperium in Wisingzö obiit, in Alwastra sepultus,

C. 108. *Ericus* 11. cogn; balbus R. S. Erici abnepos, cui 3. erant sorores, *Helena Canuto Folkungo* nupta, qui regnum agitans, R:m ad Ollestrôm fudit; mox à Rege juxta Sparsätra/ ad internecionem suæ prosapiæ cum asseclis victus. 2.da *Martha Nicolai* Sparre de Tofftâ: 3.a *Ingri D. Birgero* Järl locata fuit. Hujus fideli operâ Rex utiliter in Repub. usus est. *Quo Duce etiam Tavvastiam subjugavit.*

C. 109. *Waldemarus* Birgeri Järl filius pri

us, primùm invidente, mox annuente patre puer Rex eligitur. Sed parens minorennis tutelam regniq; curam laudabiliter egit, Nisi quod Folkungos perfidè extirpavit. VValdemarus rerum potens, ob vitæ turpitudinem populo exosus, à frat: Magno deiicitur & Nycopiæ in captivitate moritur.

C. 110. *Magnus* 2. cogn: Ladulåås/ (q: Horrei sera; quod tàm rigidè iustitiam servârit ut vel absq; serâ & claustro horrea tuta essent.) fratri, post diuturnas simultates, successit; *armorum exercitÿs & justitiæ administratione subditis gratissimus extitit.* Unde in Wisingzö expirans, ab ipsis Holmiam humeris deportatus fuit: & in templo Franciscanorum sepultus.

C. 111. *Birgerus* 2. Patri succedens, sub Tutore *Torchillo Canuti*(qui ei Careliam subjecit) felix regnum habuit. Ipse facinoribus parum clarus. Crudelissimum in fratres parricidium Nycopiæ commissum, exilio in Daniâ misere absumptus, filiiq; Erici insontis iugulati nece, luit.

C. 112. *Magnus* 3. Erici in carcere perempti filius, prædecessoris ex fratre nepos, cog: Smek/tertium vix egressus ætatis annum, Rex eligitur: *Tutore & R. administratore Matthiâ Ketelmundi felix.* Defuncto avo materno in R:^m quoq; Norvegiæ succedens. Blankam Gallicam duxit: Ex quâ suscepti Haquinus Norveg. R. & Ericus patri ordinibus inviso in R. Suec: & Goth:

Goth: surrogatus vel adjunctus. Qui à matre Blanchâ veneno extinctus est. R. Magnus ab Alberto Meckelb:, à primatibus quibusdam accito, in captivitatem detrusus est. Posteaq; apud Norvegos in aquis Bolmsfiord suffocatus.

C. 113. *Albertus* Meckelburgensis *Magni ex sorore Euphemiâ nepos; ejecto avunculo in Reg: eligitur.* Sed avaritiâ & exactionibus subditis nimis onerosus, multis ad Margaretam Dan: Regis Norvegiæ Haquini viduam spectantibus; Contra illam pugnans deseritur, capitur, & quod fecit antea avunculo, 7. ennium in carcere detinetur.

C. 114. *Margaretha* olim R. Magni Smeek nurus, Dan: & Norv: Regina, Alberto victo & regnum ejurante, communibus suffragijs Reg: à Suecis electa fuit. Quibus etsi minus æqua & juramentorum immemor, diu tamen præfuit. *Hujus tempore Unio illa trium horum regnorum facta est, eâ lege ut Sueci ac Dani per vices in novi Regis electione primum votum obtinerent; sed temeritate & arrogantiâ Danorum, (ut Erpoldus à Lindenbruch fatetur) pacta non servantium, irrita evasit.*

C. 115. *Ericus* 13. Pomeranus Margaretæ ex sorore nepos, ob inexplebilem

tem suorum avaritiam & tyrannidem Sueciæ regno; (ut & Daniæ & Norvegiæ propter continua cum Slesvicensibus & Hansis bella) pulsus est.

C. 116. *Christopherus* Erici ex sorore nepos, Danis immodicè commendantibus, Rex Suec: eligitur; *Sueciæ thesauros abducens, in mari perdit. Et post decennale regnum moritur.*

C. 117. *Carolus* 8. Eques Suecus & R. Marschus à Sueciæ ordinibus, exteros Reges non immeritò fastidientibus, R. eligitur. *Heros eloquio, eruditione & fortitudine pollens: Sed novercante fortunâ, ter patriâ pulsus; iterumq; reductus; Tandem Rex potens Sueciæ, Gothiæ & Norvegiæ, Holmiæ moritur ibiq; sepultus est.*

C. 118. *Christiernus* 1. Com: Oldenburgicus factiosorum quorundam ope, pulso Carolo in Sueciam vocatus, coronatur. Sed cum pactis non staret, *Carolus Dantisco reducitur; Et Christiernus pellitur. Mortuo autem Carolo Illustriss. Dn. Steno Stwre, ex sorore nepos, Regni Gubernationem felicissimè suscepit: Qui Christiernum ad Holmiam ingenti clade affecit, regnoq; ejecit.*

C. 119. *Johannes* 2. Christierni filius iterum artibus Danicis, adjutoribus etiam Suecis quibusdam, vivo Stenone Rex Coronatur. Sed cum Calmariæ promissa non servaret, ab eodem fortissimo Stenone excluditur. Gubernationem verò Regni ac defensionem mortuo Stenone Seniore, Suante ejusq; filius Steno Junior, successivè laudabilitèr sustinuerant.

C. 120. *Christiernus* 2. Johan: filius, Imperatoris Romani Caroli V. affinis, cujus sororem Isabellam in Conjugem duxerat, ope Archiepiscopi Ubsalensis *Dn. Gustavi* Trolle/ idq; maximè in odium *Stenonis*, cui hic infensus erat, nec non Dn. Mattha à Ryning Episcopi Stregnensis, cui se postea crudelissimum & ingratissimum præbuit; Alijs licet sinceris patriotis reclamantibus, & hunc se non magis fidelem ac juramentorum observantem habituros, quàm antea Majores ejus Dan: Reges fidos atq; pactorum memores habuerunt, facilè prævidentibus; diris tamen juramentis, largissimisq; promissionibus intercedentibus, Rex etiam

etiam Sueciæ coronatus est. Turpissima ejusdem in Dn. Stenonem ingratitudo, inaudita & plus quàm ferina in hujus cadaver, jam diu antea sepultum, feritas; fluxa fides in obsidem D. Gustavum, D. Erici Johannis de Grassznääs Regni Senatoris filium, postea Regem; Immanis in Regni Magnates & nobilitatem Suecanam, omnesq; melioris notæ cives, sine discrimine ordinis, conditionis, meritorum aut ætatis exercitata crudelitas, quam laniena Stockholmensis contra omnia pacta & juramenta, in horrorem indigenarum & exterorum demonstravit, vix Regem salutatum mox regno indignum fecit. Ipse autem post multos errores, varijsq; tentatis, diuturno carceris squalore vitam in Daniâ finivit.

C. 121. GVSTAVUS I. Regis Caroli 8.vi cognatus & Suantonis senioris è sorore nepos, ex captivo Rex factus, patriam Danorum tyrannide liberavit eosq; masculè ejecit; Biblia Suetico idiomate evulgari curavit; Evangelicam religionem introduxit, clericorum potentiam imminuit; Regnum suis hereditarium fecit; seditiosos

 com-

compescuit; Diuq; nimirum quadraginta annis, felicissimè regnavit. Cujus heroica gesta ex Chronicis & historiâ ejusdem, quæ omnium manibus teruntur & in aprico sunt facilimè peti possunt.

C. 122. ERICUS 14. Gustavi 1. ex Catharina electoris Saxoniæ filiâ primogenitus, primus R. hereditario jure succedens; Corporis ingeniiq; dotibus plurimùm valuit. Incredibili enim fuit membrorum agilitate, nec non speciosâ corporis formâ. Eruditioneq; excelluit, lingvarum & Astronomiæ peritissimus: Triumphis etiam contra Danos & Lubecenses inclaruit. Sed ob graves demùm suspiciones, injurias fratri illatas, & crudelitatem in Regni Proceres, coronâ exutus carceri mançipatus est; in quo etiam extinctus.

C. 123. JOHANNES 3.tius Gustavi I. è Margareta Stenbock Suecâ secundogenitus, fratri ob furorem deposito, surrogatus pacificè regnavit. Polon. R. Sigismundi sororem duxit; unde & pontificiæ religioni magis favebat.

C. 124.

C. 124. SIGISMUNDUS ante Patris obitum Rex Poloniæ factus, ipsi defuncto in Regno Suec: successit. Sed cum ille in Pontificiâ doctrinâ educatus, à nostris ritibus alienior; forum Suecis in Poloniâ statueret; conditiones in quas juravit, non servaret; patriamq; infestis armis peteret; ei prorsus ejusq; posteris renunciatum fuit.

C. 125. CAROLUS IX. item Gustavi I. filius, Sigismundi Patruus, Regni in ejus absentiâ Gubernator; ægrè tandem passus est sibi Coronam imponi. Cum scilz: reconciliationem & honestas conditiones frustra tentari videret. Rigidus P:ceps fuit; bello fortis & in plebem benignissimus: Indeq; tutior. Contra Moschum, Polonũ & Danum simul arma strinxit. Et inter medios tumultus morbo occubuit: anno 1611.

C. 126. GUSTAVUS II. ADOLPHUS M. Caroli filius; Cujus Heroica gesta, nullus orbis angulus ignorat; omnes stupent. Danum objectâ offâ demulsit; Ruthenum & Moschum in ordinem redegit, &

pes-

perpetuam pacem inire coëgit, Polonum fatigavit. Et ad inducias sex anorum paciscendas compulit. Imperatoris Romani vires perfregit. Universam fermè Germaniam vix sesquianno, milite Cæsariano liberavit: Tantâq; celeritate hostem dejecit; ut non immeritò de illo dici possit; *VENIT, VIDIT, VICIT.* Nunquam victus ex acie fugit; etiamsi innumeris prælijs ab ipsis ephebis, Dux etiam interfuerit. Tandem post ereptas tot Cæsarianis Urbes, tot munitiones; toties fugatum hostem, imò sæpiùs aperto marte in acie victum ac prostratum; In cruentissimo prælio ad Lutzenam, non procul à Lipsiâ, 6. Nov. An: 1632. fatali globo tactus, multisq; vulneribus confectus, at haud inultus, (utrumq; enim sclopetum in hostem, jam tum exploserat;) occubuit. *Ita Imperator stans*, imò militans, & victoriam reportans *mortuus est.* Qualem vitæ exitum à familiaribus auditus est sibi jam diu antea exoptâsse. Nimirum, ut in acie potiùs quàm lecto, lentâ ægritudine, occumberet: ita tamen ut victoria apud suos maneret. Cujus voti laudatissimè

com-

cōmpos factus est. Incredibile sui apud omnes desiderium relinquens. Id mirum: nunquam adhuc certè constare potuisse, cujus manu interfectus sit. Nec extitit qui dicere auderet, Ego GUSTAVUM M. sustuli. Tota posteritas in ejus gestis enarrandis occupabitur. Et multa passim occurrunt ejus encomia; Ego hic duo tantum Epitaphia brevitatis causâ citabo; quæ ab hostibus & exteris consignata sunt.

I.

JAcet in hoc tumulo
GUSTAVUS ADOLPHUS
Summus Rex
Summus fortunæ ludus,
Summus fortunæ domitor.
Natus
Ut nunquam dormiret,
Ut nunquam quiesceret;
Ut

Diu-

Diutiùs, Longiùs, Latiùs,
Regnaret.
Non hostili manu;
Sed fortunæ telo
Confixus.
Si plura, si majora,
Quæris,
DEum non hominem,
Quæris.

Epitaphium hoc Monachus quidam Italus fecit Romæ.

II.

SONNET.

POUR LE ROY DE SVEDE.

PLus viste que l'esclair, plus craint que le tonnerre,
Portant auecque moy la terreur & la mort,
I'ay passe comme un Mars des rivages du Nort
Par tout où m'appelloit la justice & la Guerre.

L'Alle

L'Allemagne m'a veu briser comme du verre
Tout ce qui s'opposoit à mon puissant effort,
Et mon secours fatal luy servir de support
Lors qu'il ne sembloit plus qu'elle en eust sur la
terre.

Le plus sage au conseil, le premier aux hazards
Mes vertus ont terny le lustre des Cesars,
Et rendu l'univers estonné de ma gloire.

Quel siecle veid, jamais un si grand cõquerãt?
Vivant j'ay triomphé, je triomphe en mourant
Et Choisis paur tombeau le champ de ma Victoire.

C. 127. CHRISTINA Augusta, R. Gustavi M. *Filia unica; tanto Parente dignißima, in quam ut Regni succeßio, ita omnium regiarum virtutum chorus, hereditario jure, maximo Imperij Sueo-Gothici bono est derivatus. Quanta hujus modernæ* REGINÆ *Augustißimæ felicißimis auspicijs domi forisq́ gesta sint; & adhuc indies gerantur; quot victoriæ luculentißmæ reportatæ quot pacis fœdera inita; quomodo reip. &*

Eccle-

Ecclesiæ prospectum, quot Scholæ, Academiæ, Gymnasia, erecta, fundata locupletata; quæ à vicinis ac remotis commoda procurata; posteritas debitis elogijs deprædicabit. O utinam sera sit illa dies, nostrisq; tandem nepotibus nota, cui tàm felicis Regiminis exitus innotescet! *Tantaq; Regina, Regna virtute majorum parta, suis etiam virtutibus heroicis aucta, ijsdem quàm diutißimè conservet. Sic Svecorum salus, magis magisq; Vigebit* Florebit Amen.

TOt Sueci atq; Gothi sunt usi Regibus: hisce Libertate jugi, sic paruere domi.

Cuncta quidẽ haud arctũ clauduntur gesta pagellis; Præcipua attamen hic: uberiora aliàs.

Conserva, DEus alme precor, Sveo-Gothica sceptra CHRISTINÆq; diu sospitet illa manus!

Lib. X.

LIBER X.

DE RELIGIONE & ECCLESIASTICÂ ADMINISTRATIONE.

CAPUT I.

De Antiquißimâ Religione Suec: & Goth.

RELIGIO, quæ princeps quidam hominis scopus; Hoc quoq; non immeritò opus claudat. *Ea vel vera est vel falsa.* Verâ veri DEI cognitione & sincero cultu, primos borealium horum locorum inhabitatores imbutos fuisse, à Noacho ejusq; proximis posteris vivâ voce, & q: per manus traditâ, diligentissimus antiquitatis indagator, *D. Iohannes M.* constanter asserit. Quod etiam ante ipsum *D. Ericus Ubsalensis in principio historiæ* innuit. Atq; ut ratione id non caret; *Cum Noachum Theologiam & Sacros ritus humanum genus edocentem, ut Berosus ait,* primi ejus successores procul dubio imitati sint: ita ex modernis adstipulatores non paucos, minimèq; leves invenerat. *Vide D. Ion: M. Synops: hist;*

hist: c. 4. Paulin. lib. 1. c. 38. Baaz: in prolog. & lib. 1. c. 2. At non ultra alterum seculum genuina ista pietas duravit.

CAP. II. *De Primâ Religionis mutatione & superstitione paganâ.*

POstea Sueo-gothos, uti & alias gentes horrenda idolomania involvit. Ubi non solùm *homines gestis ac meritis insignes, in Deorum numerum retulerunt, verùm etiam stellis, elementis, brutis animantibus, imò lucis & lapidibus divinos venerationis cultus exhibuêrunt & sacrificârunt.* (Quod Blota dicebatur; & Blotman/ sacrificulus: Hinc ethnica iurandi formula, adhuc senibus Gothis male usitata; Guds Blottingen. Ri blotas/ des vovere significat.) Tria prisco illi ævo præcipua fuere numina, quæ in deauratis statuis Ubsaliæ adorârunt; Thor/ qui cœlo, fulmini (*hinc adhuc Tordön/ tonitru dicitur*) tempestatibus, & annonæ præesse creditur. A quo etiamnum dies Jovis, Torsdagh vocatur. Oden/ quem *Othinum* vocant, alij *Wodanum*, galeâ & ense munitus, bella moderari putabatur. â quo dies mercurij Odensdagh nominatus. Et Frigga/ (*unde colus veneris Friggeråck appellatur*) muliebri specie, delicijs, connubio & proli

proli conciliandis potens habebatur. Theroni igitur pro frugum copiâ & annonâ; Othino pro victoriâ & laureis; Friggæ pro auspicatis nuptijs & felicitate liberorum sacra faciebant. *Prout Ericus Ubsal: Ioh. M. Ol. M. Adam: Brem: Messen: aliją fusè exponunt.* Idem & Bremensis & cæteri de famoso luco Ubsaliæ tùm Sacro ubi homines & animantia reliqua sacrificata suspendebantur; in loco ubi nunc est Templum S. Trinitatis. *Templum verò paganum quàm auro fulgens, quàmą celebre fuerit vel vulgo constat. Nono quolibet anno ex universâ ferè Europâ, & ipsâ graciâ, Ubsaliam cultus divini causâ olim commeârunt & vota in Sueciam transmiserunt: Maximè postquam aurea Othini statua Byzantium transmissa, cunctos sui admiratione implevit: Diuą inter reliquas Deorum imagines asservata & non sine veneratione ostentata est. Ut fusiùs Suaning l. 3. comment: de reb. gest: Dan: exponit.* Fuerunt & alij minorum gentium Dij; utpote penates, & lares domuum atq; ædium; genij locorum &c. quales alij quoq; populi agnovere; ut ex *Curtio* lib: 3. patet. Pluriumq; nomina vid: *Vitis aquilonia Vastovij: Epist: dedic.*

Fuerunt & *Fennis* olim sui Deastri ut Carelijs Rongotheus/ secalis; Pellonpecko/ hordei; Wieracannos/ avenæ sationi favens: Egres/ olera, pisa, rapas, linum, cannabimq; protegere creditus est. Ucko cum conjuge Rauni; tempestatibus præesse. Käkre qui ad hæc tempora à multis superstitiosè colitur, pecudes à bestijs protegere, Hyse lupis & ursis imperans. Nyreke sciurorum, Hittavanes leporum venationi favere. Tavvasti colebant, Tapio venationum Deum: Achtes piscationum, Lieckij lucorum; Turisas/ bellorum & victoriæ. Crattes opum, Tonthus larium, Rachkis nocti præesse & lunam arrodere putabatur. *Quæ vana numina Sigfridus Aronus metricè descripsit.* Cujus Carminis copiam benignè communicavit *Generosus Dn.* JOANNES Kurck/ *R. Sen. & Præses Aboici Parlamenti &c.* Sed hic inserere brevitas vetat.

Fenni etiam olim juxta Asiaticam religionem, ut habet Sturleson: Dijs suis inter quos Thor eminuit, quotannis stata Sacra celebrârunt, ingentibus convivijs; ubi scyphis ethnico ritu benedixerunt, boves & equos imolârunt, sangvine sedilia inunxerût:

Au

Autumno, ut tolerabilem hyemem experirentur; mediâ *brumâ atq́; æstate*, tùm pro felici annonâ tùm pro pace obtulerunt. Ingentes quoq́; lapides, densas ac proceras arbores pro Dijs coluerunt. Item excelsam statuam manufactam, intusq́; excavatam scamno insistẽtem: Et malleũm manu tenentẽ: Cui indies cibum ingesserunt. Hanc ad cultum rustici in apricum portàrunt; auro & argento ornatam in medio collocârunt. Eiq́; flexis poplitibꝰ & corporis inclinatione venerationẽ exhibuerunt. *O fraudes Diaboli hominũq́; stultitiam!*

Hujusmodi etiam statuas in deserto sub ingentibus saxis reposuerunt; & juxta thecam incantatoriam; ex quâ apertâ ingẽtes muscæ cœruleæ, (*velut in Sacris Baalzebub Muscarum DEus, ipse Diabolus audit*) egrediebantur, ut habet *Chron: Norv*. Quas incantantes quotidiè ad expediunda negocia; hominibus aut pecudibus, à quibus lacessiti, nocere; ventos excitare, rupes experimenti causa disijcere &c. Tales thecas singulæ familiæ habuerunt; & in hereditate acceperunt. Hisq́; artibus teneram etiam ætatem informârunt. Ita edocti quæ peregrè agerentur, hu-

mi per horulam exanimis similes prostrati, livore ac nigrore faciem occupante, resurgentes denunciárunt. Nodis traditis ventos vendiderunt. Hominum frontem in cervicem retorserunt. Saxa natare fecerunt. Quæ & similia, ab Ethnicis sine commercio Satanæ expediri nequeunt. Sed de iis superstitionibus hic satis.

CAP. III. *De Secundâ Religionis mutatione, & Christianæ introductione.*

NOno demùm à nat: Chr: seculo, quãtum ex historijs nostris colligere licet, pagana illa superstitio in Sueciâ nutare incepit: Cum R. *Bero sive Biörno 4.* à sibi confœderato *Carolo M. Imp. Rom.* ejusq; filio successore *Ludovico* concionatores Verbi Cœlestis ex Germaniâ impetravit. Primo *Heribertum* seu *Herbertum*, (al: *Rembertum*) qui templum Lincopense fundâsse scribitur: Deinde & *Ansgarium*. Vocavit quoq; *R. Stenchillus* sive *Ericus 8.* verbi divini præcones *Adalvardum* & *Stephanum*; sed exiguo successu: Cum pertinax populus idola mox destrui ægerrimè ferret, ideoq; seditionem moveret. Miraculum *Adamus Bremens:* & ex illo alij, comemorant; cujus occasione harum gentium conversio haud parùm promota: Nimirum ut sacrificulus paganus, cæcitate percussus,

nec

nec quicquam adjuvantibus idolis, utcunq; invocatis; virginem in somnio viderit, quæ visum promitteret, dumodò in suum filium crederet. Ille mox conditione acceptâ & impletá, quid sibi contigerit referens, multos secum ad Christianam religionem convertit. Filius igitur tandem Stenchil *R. Olaus* Skott Konung/ per *S. Sigfridum ex Angliâ* accersitum decimo à nativ: Chr: seculo, feliciùs rem aggressus est. Ideòq; & hic vulgò primus Rex Christianus numeratur. Atq; ab hujus temporibus Sueci Gothiq; Christiano nomini constanter adhæserunt, illudq; ad vicinos propagârunt. Extiterunt & non pauci alij ad Sueones Gothosq; Apostoli, præter enumeratos, utpote *Unnus sive Unno ad Bircenses, Simon ad Sigtunenses; Æschillus & David &c: ex Angliá.* Item nuncij & nundinatores indulgentiarum Pontificiarum: *Nicolaus Cardinalis Anglus Eugen: 3.*tii : *Guilhelmus Cardinalis & Episcop: Sabinensis Gregor: 9.*ni *An. Chr. 1240. Legatus: Guido Cardinalis Urban: 4.*ti *An. Chr. 1260. Antonius Mast A. Ch. 1439. Marthinus I. U. D. An. Ch. 1462. Bartholomæus de Camerino, innocent. 8.*vi *Leg, tempore D. Stenonis* Sture *senioris*

nioris: Iohannes Angelus Arcimboldus An. Chr. 1516. &c. De quib9 & alijs vid. D. Messenij Chron: Episcop.

Monasteria etiam olim in Sueciâ ac Gothiâ non pauca fuerunt; quæ Vastovius hoc ordine recenset. Abogiæ Virgin: Cœnob. An. Chr. 1370. fundatum à Joan: Episcop: Aboënse. Alvastræ Fratr: Ord: Cist: dictum S. Mariæ de Alvastra, à Suerchero R. erectum an: Ch: 1150. Arbogiæ, 1. Frat: Ord. S. Francisci à R. Magno Ladulääs fund. 2. frat: ord. Prædicatorum. Arosiæ frat ord. Præd: Askaby fr: ord: S. Francisci. Calmariæ frat. ord. Præd. ab Erico II. fund. Corsense in Alandiâ Virg. à Berone Balk Episc. fundat. Crokeek super Kålmården fratr. ord. min. S. Francisc. Cronabek fratr. Hospitalis San. Joannis.

Cumblâboda in sylvâ Tivveden fr: Eremitarum S. Antonii. Eckholm in insula lacus Meleri Fratr. Enecopiæ fratr. ord. min S Franc. Æschilstunæ fratr. Hospitalis S. Joannis. Gevaliæ fratr. Gripsholm Carthusianorum à Stenone Sture fund. An. Chr. 1491. Gudheem Virg. à S. Gudâ Reginâ erectum an: Chr. 1054. Gudvalda frat. ord. Cist. Husaby frat. ord. cisterc. Junecopiæ fratr: ord. S. Francisc: Julita dictum S. Saba frat: ord. cister, à R. Carolo inchoatum. Kiöping frat: ord. Lincopiæ fratr, ord, min. S. Francisc. à R. Magno Ladulääs fund. Ludosiæ frat. ord. f. Franc. Lurö in VVermelandiâ frat. Mons Mariæ Virg: à Magno Ladulääs fundat. Munkatorp in Vesman: frat. f. Davide Abbate celebre. Nådendaal seu Vallisgratiæ prope Abo. 1. Virg. ord. f. Brigittæ, 2. Fratr: ord. f. Brig. fund. à Magno Ol. Episc: Aboëns. A. Ch. 1425. Nycopiæ fr. ord S. Franc. Nydaal fratr. ord. Cister. à Gislone Episcop: Lincop. fund. A. Chr. 1131. à R. Suerchero locupletatum. Oerebro fr. Carmelitanorum. Oeregrund frat. Raumæ frat: ord. Prædic.

Reva-

Revaliæ 1, Virg, Ord, ſ. Brig, 2, fratr, ord, ſ, Brig, Riſabergæ Virg, à R, Suerchero fund. Rooſlagh in Upland. Fratr, Scheningiæ 1, Fratr, ord, Præd, ab Erico 11. fundat, à Magno Ladulåås locupletatum. 2, Virg, ord, ſ, Dominici à ſ, Ingride fund. Sigtunæ fratr, Ord, Præd, à Jarlero Archiepiſc: Ubſal, fund, A, Ch. 1234. Sehogh Virg, ord, ciſt, in lacu meleri. Scaræ 1, frat, ord, præd, 2, fr, ord, min, ſ, Franciſ. Stockholmiæ 1, fratr, ord, præd, 1170, 2, Virg, ſ, Claræ, à R, Magno Ladulåås fund, A, Chr, 1185, 3, fratr, ord, min, ſ, Franciſ, ab eod, fund, 4, frat, Hoſpitalis ſ, Joan, 5, confraternitas & capella ſ, Georgii. Stregneſiæ fratr, ord, prædic. Suartſiö fratr, Carthuſianorum ſudercopiæ 1, fratr, ord, min, ſ, Franc, 1, Domus ſ, ſpiritus & confrat. Varnamo in Vermelandia frat. Vaſtenæ 1, Virg, ord, ſ, Brig, 2, frat, ord, ſ, Brig, Varnhem frat, ord, ciſt: à Carolo R, fund: A, Ch, 1186, à Canuto ſ, Erici fil, locupletatum. Ubſaliæ 1, fratr, ord, ſ, Franc, 2, frat, ord, VVexio frat, min, ord, ſ, Franc. Visburgi 1, fratr, ord. ſ, Franc. 2, fratr, ord, prædic. Viſby in Gothlandiâ Lincop: Diœceſ. Frat. ord. Fræd, VVretæ Virg. ord. ciſt: à R. Carolo fund. Memorabilis eſt Epiſtola Vadſtenenſium monialium, quâ pecuniam ex ſingulis capitibus ſub univerſo imperio Sueo-Gothico poſtularunt, ſed brevitas hîc inſerere prohibet.

CAP. IV. *De Tertiâ mutatione, & Evangelicâ Religione introductâ.*

Tertia demùm & ultima Religionis mutatio proximè ſuperiori ſeculo contigit auſpicijs *R. GUSTavi I.*mi eum diſcuſſis tenebris eorum temporum clara Evangelij lux emicuit. Contra quam fraudulentum INTERIM, Anabaptiſtici furores, Ponti-

ficiorum machinationes, aut Calvinianorum tentamina, hactenus, per Dei gratiam, in patriâ nostrâ nec quicquam potuerunt. Quin non tantùm juxta testamentum & Unionem Gustavi I., verùm etiam Concilium Ubsalense A. 1593. Variaq; Regni Ordinum Decreta, & ipsam Regiminis formam, sinceram & incorruptam Evangelij Doctrinam ex fontibus prophetarum & Apostolorum deductam; Symbolisq; Apost. Nicæno & Athan. comprehensam secundum invariatam Confessionem Augustanã amplectimur ac profitemur. *Qui secus fecerit, pro putido regni membro habetur.* Atq; hic est unus concordiæ & unionis, laudabilisq; Regiminis nodus arctissimus, Una & Vera Religio.

Nunc aliquâ de Episcopis tám Romano-Catholicis quam Evangelicis.

CAP. V. *De Episcopis & Archi-Episcopis Ubsalensibus.*

EPiscopi Suecis ac Gothis, sub primordio religionis Christianæ, alij non fuerunt quâm *Hamburgensis & Bremensis*, qui hîc etiam divini cultus curam gesserunt. Postea septé Episcopatus hæc regna diu agnoverunt: qui

Qui tamen nunc plures sunt, ut mox patebit, Inter quos semper eminuit Ubsalensis. Ubi primus Episcopus perhibetur fuisse, *Suerinus*, qui in supplantandâ idolomaniâ multum præstitit.

2. *Nicolaus*, sub *pio Rege Ingone* 4,to feliciora tempora nactus; cujus fata mox secutus est.

3. *Sueno*, *internis* discordijs obsistens, *Suercherum* 2.m ad solium promovit, à quo vicissim in religionis propagatione adjutus est.

4. *Henricus Anglus*, A. 1148. in Episc: Ubsalensem consecratus, post biennium R. S.rum Ericum in Fenningiam comitatus est.

5. *Kopmannus*, non minùs pius ac virtuosus Episc: moerore ob necē S. Erici A. 1162. obijt.

6. *Stephanus*, *primus Archiepiscopus Ubsalensis salutatus*; *à Suecis electus*, *ab Adriano* 4. *approbatus*, *Alexandro* 3. *confirmatus est*. Vir pius & religiosus, post multos labores senio & morbo confectus, apud Alvastrenses, unde antea evocatus erat, sepultus An. 1185.

7. *Johannes*, à Lucio 3. pallium accepit, post triennium in curiâ Episcopali Almerstäck ab Æsthijs trucidatus, Ubsaliæ tumulatus est.

8. *Petrus*, *à Clem*. 3. confirmatus; itidem violentâ morte perijt An. 1197.

9. *Olaus* Lambatunga/ ab innoc: 3. consecra-

tus,

tus, tempore *Suercheri* 3. vixit, quem *à eade nepotum S. Erici dehortatus*. A. 1200. obijt, Ubsaliæ quiescit.

10. *Walerius* ab eodem *Papa* constitutus anno 1219. mortuus est. (moritur.

11. *Olaus* ab Honor: 3. præfectus An. 1234.

12. *Ierlerus*, à Greg: 9. consecratus, *ab Erico Balbo* multos canonicatus, præbendas, stipendia & privilegia impetravit. Huius tempore clero Sueciæ matrimonio interdictum est.

13. *Laurentius*, ex Monacho Archiepiscopus factus, pius & Zelotes tempore Birgeri Järl 5:ennium præfuit. Apud fratres sui ordinis Enecopiæ sepultus est.

14. *Falcho*, nobilis genere ex Archidiacono Archiepiscopus, multa præclara gessit; & Canonicatus instituit: Sedem Archiepisc: & templum â priori loco in eum ubi nunc sunt transtulit. An. 1277. vitâ excessit.

15. *Iacobus Erlandi, à Nic:* 3. pallio ornatus, post multos labores An. 1281. mortuus est.

16. *Iohannes Adolphi*, vir doctissim⁹; qui licet legitimè elect⁹, hanc tn. dignitatē respuit.

17. *Magnus Boëtij* pariter suffragijs elect⁹. Cui post septennium mortuo

18. *Iohannes* Aboënsis Episcop: surrogatus. At cum hi tres â Pontif: confirmati non sint, sedes Archiepiscopalis per 14. an: vacasse vulgò scribitur. 19. Nie

19. *Nicolaus Alonis*, eruditione insignis, à *Bonifac: 8.* pallio condecoratus: Tempore *Birgeri R.* præclarè rem gessit. Anno 1305. inter vivos esse desijt.

20. *Nicolaus Catilli*, antea Aros: Episcop: à *Clem: 5.* confirmatus: dolore ex dissidijs Regis ejusq; fratrum extinctus an: 1313.

21. *Olaus sapiens*, à *Iohan: 22.* pallio donatus, etiam tempore exilij *R. Birg.* officio gravitèr functus. anno 1330. vitâ defunctus est.

22. *Petrus Philippi*, cum aliquamdiu Archi-Episcopum benè egisset, spontè resignans inter *Dominicanos Sigtuniæ concionatur*; donec A. 1341. moritur ibiq; sepelitur.

23. *Hemmingus*, antea Præpositus Arosiënsis, vir Patriæ amans & cordatus; *Scaniam à Teutonis gravissimè pressam liberavit* & 70. mill: libr: argenti puri pond. colon. redemit. Decennio abhinc mortuus an. 1355.

24. *Petrus* Scheningensis, literalissimus à Lincopensi ad Ubsalensem sedem translat9; à *Clem: 6.* confirmatus: sub *R. Magno 3.* multa perpessus, an: 1366. extremum diem clausit.

25. *Birgèrus Greg*: admirandæ eruditionis ab *Urban: 5.* consecratus; S. *Brigittam* in Sancto-

ctorum numerum referri curavit; ejusq; *Legendā* conscripsit. Interq; vivos esse desijt. 1383

26. *Henricus*, ab Urb. 6. pallium accepit, tempore *Margaretæ & Erici Pomerani*; cū prudentiā ac animi robur ostendisset, obijt 1408.

27. *Iohannes Gerechini* Danus, ope *Erici Pom:* à *Greg:* 12. confirmatus: ob enormia scelera postmodùm dejectus: In Islandiâ à rusticis trucidatus est.

28. *Iohannes Haquini*, è Vastenensi cœnobio ad Episcopale pedum vocatus; quod procurante eodem Erico Pom: à Mart: 5. accepit. *Etsi naturâ mansvetus: attn. cum nullis apud Regem monitis locum esse videret, Engelberto author fuerat ut arma corriperet. A. 1431. extinctus est.*

29. *Olaus Laur: Trōgdius*, Parisijs ad sūmū eruditionis culmen pervenit: ab Eugen: 4. legitimè consecratus R. Ericum infensissimum habuit. Qui eum exclusit, Arnoldum Norveg: substituens, & hoc mox exspirante Torlachum.. *Sed is aufugit & Olaus magno cum gaudio restituitur. Mortuus anno 1438.*

30. *Nicolaus Ragvaldi*, eruditione & prudentiâ incomparabilis; quod in Synodo *Basiliensi, jam tum Wexionensis Episcopus*, edocuit: Re-

Regum Sueo-Goth: præ alijs præeminentiamq; demonstravit. *Ubsalensibus Archiepiscopis alios Episcopos creandi potestatem primus conciliavit. Obijt anno 1448.*

31. *Ioannes Benedicti de Salestad* famil: Oxenstier: ob virtutes & eruditionem electus, à Nicolao 5. confirmatus est. Carolum 8. in 7:ennale exilium egit; Ipse mox á R. Dan: Christierno I. quem imprudentèr accersitum coronavit, in captivitatem detrusus. Sed uterq; virtute Catilli Episcop: Lincopensis liberatus est. Obiit in Oelandia A. 1462.

32. *Iacobus Ulphonis*, item illustri loco nat9, invito *R. Carolo* pallium à *Paulo* 2. accepit. Annis 40. laudabilitèr præfuit. Tandemq; in favorem consangvinei *Gstuavi* Trolle munus resignavit. Postea 8. annis privatus vivens mortuus est A. 1522.

33. *Gustavus* Trolle/summo loco natus, neç eruditione parum instructus: dissidij cum *Stenone R. Gub.* & conspiratione cum *Christier: Dano* Patriam aflixit, seq; ipsum perdidit. Extra patriam mortuus, anno 1535.

34. *Iohannes Magnus*, nob: stemmate, à *Leone* 10. ut & antecessor, confirmatus: Cum in reformationis negocio *R, Gustavo I.* obstaret, Archiepiscopatu excidit. Eruditio & pru-

den-

dentia ex ejus ſcriptis & hiſtorijs paſſim notæ. Obijt in egeſtate Romæ A. 1544. Cui frater Olaus à Paulo 3. ſucceſſor creatus: Sed â nemine in Sueciá pro Archiepiſcopo agnitus eſt. Atq; iſti Epiſcopi & Archiepiſcopi omnes Pontificiæ Religioni addicti fuere.

35. *Primus Evangelicus Archiepiſcopus M. Laurentius Petri Neric:* ex Rectore Scholæ Ubſal: plurimis Cleri ſuffragis & *R. Guſtavi conſenſu* electus eſt. Magno in propagatione Evangelicæ religionis ei adjumento fuere *Olaus P.* frater & *Laurentius Andreæ.* Is *Biblia in Sueticum tranſtulit,* R. Ericum & Johannem Coronavit. 40. annis præfuit. Mortuus anno 1573. ætatis ſuæ 74.

36. *Laurentius Petri Gothus,* tempore R. Johannis 3. à Wexionenſi & Aboënſi Epiſcopis Pontificio fermè ritu creatus eſt. Gliſcente Lithurgiâ colluſionis ſuſpicionibus non caruit. Mortuus Ubſaliæ Anno 1579.

37. *M. Andreas Laur.* cum Gevalienſis Paſtor in Liturgiam pronior videretur, Regis favore primum Eipſcopus *Wexionenſis,* deinde & Ubſalenſis Archiepiſcopus eſt declarat9 ſed morte præventus Anno 1591. obiit.

38. *M. Abrahamus Andreæ Angermannus* antea

Schol:

Sch: Holmens: rector, multa â R. Joh: ob religionem passus. Vir magni & constantis animi; Sigismundum coronaturus Archiepiscopus declaratur A.1593. Non multo post indignationem P:pis Caroli incurrẽs carceri mãcipatur & Gryphsholmij moritur A.1607.

39. *M. Nicolaus Olaj Both.* celebris S. Theologiæ Professor; in Ubsalensi concilio cum laude præsidem egit. Electusq; est Archiepiscopus An. 1599. sed inaugurationem mors præoccupavit.

40. *M. Olaus Martini,* 10. an: Nycop: Sch: Rector & 7. an: ibidem Pastor An. 1602. Archiepiscop9 salutatus, 7:ennio post obijt.

41. *Doct: Petrus Kenicius,* primum Profess: Ubs: dein Episcop9 Scarensis; Tandem ab A. 1609. ad 1636. magna cum laude gravitate & moderatione Ubsalensis Archiep: extitit.

42. *Doct: Laurentius Paulinus Goth:* Item olim Professor Ubsal: postea diu Episc: Stregnensis, & deniq; Archiepiscop: Ubsal: ab A. 1636. usq; ad 1647. graviter præfuit.

43. *Doct: Iohannes Canuti Lenæus,* diutissimè S.S. Theologiæ Profess: Ubsal. & tandem emeritus. Kenicii gener & fidus Achates. Vir constans gravis ac cordatus. Qui adhuc hodiè Archiepiscopatui præest. Utinam diu & feliciter! Amen.

PRoxima Archiepiscopatui sedes Episcopalis, propter antiquitatem, est Lincopensis. 1. Primum hic Episcopum vulgò *Heribertum* faciunt, de quo supra dictum est.

2. *Richardus*, regnante Erico 8. Lincopensem Episcopatum An. 850. accepit.

3. *Gislo*, vir pietate & eruditione commendatissimus ad Episcopatum pervenit A. 1115. De cujus gest. sup.

4. *Colo*, à quo Kolsbroo in Ostrogothiâ extructa. Episcopatum A. 1190. accepit. An: v. 1196. eundem cum vitâ Hierosolymis reliquit.

5. *Iohannes*, in vitâ virtutibus clarus; *Morti vicinus erga Ecclesiam testamento liberalissimus.* A. 1211. Episcopus confirmatus est.

6. *Carolus*, frater D. Birgeri Jårl/ justitiâ celebris; *contra Professionem in bellum tendens. â Moschovitis casus est Anno 1220.*

7. *Benedictus*, præbendam D. Nicolai & Canon: paroeciam fundavit, præfuitq; an. 12.

8. *Laurentius*, A. 1232. Episcopatum nact. S. Laur. Præb: erexit: Et apud R. Eric: 11. Scheningiæ & Calmariæ cœnobia procuravit.

9. *Henricus*, Anno 1258. Episcopus factus;

R. Val-

R. Waldemarum coronavit. Et post 24 Episcopatus annos ad *S. Sepulchrum* profectus in itinere vitam finivit. An. 1282.

10. *Colo*, A. 1284 surrogatus, (*cum triennii ignoratâ antecessoris morte, sedes vacâsset*) Transactionem inter Birgerũ Jårl & Folchungos, suo juramento firmatam, quia Birgerus non servaret: ad S. Sepulchrum pœnitentiæ gratiâ abijt, ibiq; obijt.

11. *Benedictus*, D. Birgeri Jårl filius, ex P:pe Fenningiæ Episcopus fieri voluit; fratribus ut concordes essent hereditaria bona obtulit. Quæ, impos voti, Lincopensi Ecclesiæ reliquit.

12. *Laurentius*, à S. Sepulchro redux Episc: electus est. Sed brevi tempore supervixit.

13. *Carolus* Bååt/ nob: S Sigfridi & Erici præbendas constituit: Justitiæ & pacis amans. Mortuus A. 1338.

14. *Petrus Scheningensis*, antea Secretarius R. Magni 3. posteaq; Ubsal. Archiepiscopus, ut supra dictum.

15. *Nicolaus*, itidem R. Magno 3. antea à secretis, Episcopus factus; Regem in Norvegiam profugum comitatus. Bonaq; ejus à R. Alberto Coronæ adjecta. Bohusij vitam finivit.

 16. Goce

16. *Gotschalcus*, prius Romæ confessionarius, à Rege Alberto Episcopus constitutus; *Abalienata prædia recuperare conatus*, à viro nob: *Matthiá Gustavi trucidatur An* 1370.

17. *S. Nicolaus*, Scheningiæ natus ex Archidiacono Episcopus A. 1374. Vir pietati & justitiæ deditissimus. Haquinum Norv. R & Albertum Suec: justitiæ leges violantes anathemate strinxit. Cumq; Præsulem 17. ann. laudabiliter egisset, moritur 1391. Paulò post in concilio Basil: Divorum numero insertus.

18. *Canutus*, Dn. Stenonis Boetij Eq: Aur: fil: A. 1393 infelici auspicio Lincop. Episcopus est declaratus: Ob bona Ecclesiæ oppignorata & ingens æs alienum officio motus. Obiit A. 1436.

19. *Benedictus Iunecopensis*; ex cantore Præsul Lincop. cum prædecessoris heredib⁹ contendens, post 4 enniū fatis concessit. A. 1440.

20. *Nicolaus Kenicius Cø[illegible]ensis*, Christiernum I Dan: R in sylvâ Hälowedh repulit; Franciumq; fortitudinis, arcem ac ditionem Stegburgensem, ad terminum vitæ An. 1458. retinuit.

21. *M. Catillus D. Caroli Christier*: Eq A & R Sen: fil: A. 1459 ad Episcopatum Lincop. pervenit.: Bona ecclesiæ à Canuti consangvineis ablata prudenter restituit defenditq; ; Et consangvineum suum Joannem Bened. Archiep. Ubsal. à captivitate Christier: I. ut supra notatum, fortiter liberavit. Holmiæ demum peste infectus obiit. An. 1465.

22. Hens

22. *Henricus de* Wonga/ illustri loco oriundus; Vir pius, & templorum, cœnobiorũ aliorũq; ædinciorum publicorum fundatione clarus ac magnificus. Sed ad Danorũ partes adversus Carolum 8. nimis inclinans, à subditis oppressus est Anno 1500.

23. *Doct: Hemmingus* Gadd/ vir singularis eruditionis & Orator clarissimus Electus Lincop. Episc. ense quàm pedo clarior; struente Christierno, confirmatione Papæ excidit. Post 12. annos iussu dicti Christierni à Rolefvo Matthiæ in Fenningiâ captus, nequiter decollatus est. Anno 1520.

24. *Iacobus Hisp: Card: Arborensis*, a Papâ Episcopus confirmatus; Sed Sueciam non vidit.

25. *D. Iohannes* Brask/ ex Præposito Episcopus creatus A. 1513. Gustavo 1. in religionis negocio plurimùm obluctatus, Episcopatu exuitur. Quapropter ad concilium Trident: properans, in cœnobio Polon: Lenda expiravit. Anno 1538.

26. *Iohannes Magni de* Belbo/ pariter ex Præposito Episcopus factus A. 1529. jam tùm orthodoxæ religioni addictissimus; sed à fr: M. Thurone Lincop: Canon: ad Pontificiam retractus, resignavit Episcopatum, reliqvum ætatis privatus agens.

27. *M. Claudius Danus*, monachus Schenin

ningensis, ord. domin: vivente antecessore Vicarius est declaratus A. 1543. Quo munere aliquandiu functus, Pastor Suderc. constituitur, De cuius mirabili conversione vide Messen:

28. *M. Ericus* Falk/ a Scarensi ad Lincopensem Episcopatum est promotus.

29. *M. Martinus Olaj* primum Pastor Gevaensium; Dehinc Episcopus Lincop. An. 1575. Quo honore ob contemptum Lithurgia excidit. Postremò Nycop. Pastor constitutus, ubi fatis concessit.

30. *M. Petrus Caroli Scheningensis*, Episcopus Lincop. salutatus est. A. 1581. Obijt verò 1585.

31. *M. Petrus Bened. Oelandus*, Sch: Ubi. Rector, postea ibidem Professor: & hinc Sudercopiæ Pastor: Deniq: Arosiensis & Lincop. successivè Episcopus; Oerebrogiæ e vivis excessit. An. 1606.

32. *M. Ionas Nicolaj Kylander*, Wadstenensis Pastor, ad Lincop. Episcopatum meritissimè est vocatus A. 1609. Cui laudabilitèr præfuit usq; ad annum 1630. quo obijt.

33. *Doct: Iohannes Botvidi*, R.is Gustavi M. Ecclesiastes aulicus, Lincop: Epis: confirmatus est A. 1631. Vir pius, gravis, iuxta ac humanus, qui re bene gesta, Regis funebri concione habitâ mox fata secutus.

34. *Ionas Petri Gymn: Lincop.* Lector, creatus est

est Episc: A.1637. Eruditione gravitate & zelo pietatis vir conspicu9 A.1646. e vivis excessit.

35. *M. Andreas* Prytz/ antea superintendens Gotheburg: Inauguratus est Episcopus Lincop. An. 1647. Et hodie eadem dignitate potitur; utinam porrò quàm felicissimè!

CAP. VII. De *Episcopis Scarensibus*.

T*Ertia Episcopalis sedes est Scarensis, à laudatissimo R. Olao* Skott *R: excitata*. Cujus

1. *Primum* Episcopum ferunt *Turgothum*, ab *Unvanno* Archiepisc. Bremensi ad petitionem R. Olai consecratum: Et Bremæ postmodum mortuum, An: 1029.

2. *Gotschalcus*, Turgothi successor declaratus à Libentio 2 Bremensi Archiep. 1030.

3. *Asmundus*, hic primus qui continuò Scaris mansit; Undè commodioris habitationis ergò curiam Mydelshedensem erexit: ubi & sepultus quiescit.

4. *Stenfinderus*, ob summam modestiam prudentiam, & in reb9 agendis constantiá multú celebratur. In cœnobio Varnhemensi sepult9.

5. *Adalvardus junior*, (senior enim Sigtun: Episc: fuit) Hamburgo missus Episcopatum obtinuit. Vir pius & animarum pastor fidelis.

6. *Rodulvardus Anglus*, successit, virtutum studio prædecessore minor. Qui post fata Mydelshedens sepulchro illatus,

7. *Richolphus*, itidem *Anglus*, nobil: gen: Scarensem Episc: aliquandiu egit; Et Scaris sepultus est.

8. *Hedvardus*, in Angliâ uxorem habuit, ad quam post paucorum annorum administrationem, Ecclesiæ Scarensis Thesauros abducens, turpiter profugit.

9. *Storbernus*, primus Scar: Episcopus nat: Gothus. Hic antecessoris vitia virtutibus superavit & ecclesiæ bona multùm adauxit.

10. *Odgrimmerus*, Ecclesiam Cathed: Scarensem magnificentiùs ædificavit: In quâ postea requiem nactus.

11. *Benedictus*, cogn: *Probus*, Ecclesiã Scar: campanis & vasis argenteis ditavit; Ac per totam Diœcesin vias commodiores procuravit.

12. *Ierpulphus*, in villa Hwarff natus, prim⁹ ex consensu R:ni Sen: decimas suis imperavit.

13. *Benedictus* Hyrne, ex Verengiâ oriund⁹ virtutum choro conspicuus, indeq; omnium suffragio Episcopus Scarensis declaratus.

14. *Bernhardus*, qui non Episcopus modò, sed & Pater ob summam in quosvis benignitatem, dici meruit.

15. *Benedictus* cog: *juvenis*; Diœcesi, ad aulã magnificè instruendam, tributis gravis; obijt in Uplandiâ, in Varnhem sepultus.

16. Ste-

16. *Stenardus*, nobil: O-Gothus, Vir pietate & probitate suis commendatissimus.

17. *Laurentius*, pari virtutum splendore eminuit, egitq; Episcopum Scar: annis 19.

18. *Valdemarus*, Vir eloquens & virtuosus, ann: 5. Ecclesiæ Scarensi præfuit.

19. *Ragvaldus*, post annum obijt.

20. *Ulpho*, ex Abbate Varnhemensi Episcopus Scarensis factus; triennium præfuit, Scaris mortuus & humatus. (Scaris exspiravit.)

21. *Achatius*, 11.an: Episcopatum tenuit; Et

22. *S. Brynolphus* D. *Algothi* Stwre/ Eq: & Legiferi Westg: filius: Qui postquam 18. an: Parisijs diligentissimè studuisset; Canonicũ Scarensem & Decanum Lincop. egisset; tandem Episcopus Scarensis est salutatus. Quam spartam ann. 33. laudabiliter exornavit. Quinq; præbendas erexit: Historiam S. Æschilli & B. Helenæ Schödvikensis composuit. Obiit Anno 1317. Post 99. annos in concilio Constantiensi Sanctorum Catalogo insertus.

23. *Benedictus* 4. ex præposito Episcopus, Diœcesi eum applausu triennium præfuit.

24. *Ericus*, in Aclungensi parœciâ natus: Cujus breve regimen fuit; Excessit A. 1328.

25. *Petrus*, ob singularem prudentiam, ex Pastore Forsensi, Episcopus Scarensis creatus. Sed cum ex oculis vehementer laboraret, successurum sibi adiutorẽ elegit.

26. *Gunnarus*, vivo prædecessore electꝰ, post ejusdē fata Episcopatu potitꝰ est. Vir eloquēs, eruditus & industrius; Longiori vitâ dignus.

27. *Sigismundus* Stake de Mossaboda/ nob: Kindiæ, An 1343. Scarensis Episcopus factus: Ecclesiam æternâ cum laude rexit.

28. *Benechinus*, scurra & homo levissimus: Obijt in visitatione Diœcesanâ.

29. *Laurentius ex Vasbogiâ Bergensis*, 3:en: præfuit. *Morti vicinus Ecclesiā testamento auxit.*

30. *Nicolaus*, nobili loco natus, laudabiliter præfuit, & gravissimas persecutiones ad horam usq; funeris fortiter sustinuit.

31. *Rodolphus*, Megapolitanus à R. Alberto Episcopus confirmatus: Divitias & ornamenta Eccles: Cathedralis scelestè subtraxit, in Germaniam aufugiens.

32. *Thorstanus*, ab Erickzbårg/qui etsi vitam egerit innocuam; Tamen belli cladibus ab ecclesiæ curâ suspensus. Obijt An. 1396.

33. *Brynolphus*, *Iuris utriusq;* peritissimus: diu cum laude præfuit.

34. *Sigismundus*, vivente antecessore, quem loquelæ usura destituit, Episcopꝰ consecratꝰ: Qui itidem juris scientiâ multùm valuit; unde & arduis regni negociis adhibitus. Verùm in ordinum comitiis à iustitiæ osoribus veneno nefariè extinctus est.

35. *Sueno*, cogn: *Magnus*, ex Decanatu ad

Episco-

Episcopatum evectus, templum Scarense ornatiùs reddidit. Sed ab invidis officio motus, in Ostgothiam (solum natale) secessit, ibiq; vitam finivit.

36. *Benedictus V.* nobili genere ortus, magnas in officio Episcopali persecutiones non sine bonorum jacturâ passus. Imò Episcopatu exutus, iterumq; restitutus Sed paulò post mortuus.

37. *D. Bero*, Friderici 3. Imp: R. diu mathematicus; Consistorij suffragio Episcopus electus, sed nunquam inauguratus.

38. *Iohannes Marquardi*, Berone repulso, Episcopus est declaratus; Qui Ecclesiæ bona, non sine odio quorundam, recuperavit, Regi fidus extitit, Et inde morti succubuit.

39. *Brynolphus*, qui lapideam Husbyensem ædificari & antecessorū effigiebꝰ, exquisitissimo colore, ornari curavit. Vixit circa annum 1427. Et post hunc series Episcoporum Scarensium, ex ann: supputatione, nonnihil interrupta videtur,

40. *Iohannes*, Episcopus Scar: claruit 1470.

41. *Vincentius*, Holmiæ jussu Christierni sangvinarij, An. 1520. capite plexus est.

42. *M. Theodoricus* Slaghöök Danus, de collato Vincentio, à Tyranno Episcopus Scarensis declaratur. Sed crescente potentiâ Regis Gustavi 1. profugit in Daniam, ubi Hafniæ tandem crematus est.

43. M.

43. *M. Magnus Haraldi*, Episcopus insignitus est An. 1528. Sed cum R. Gustavo ex voto obsistere nequiret, profugit in Daniam, indeq; in Germaniam. Et tandem in Norvegiâ mortuus fertur.

44. *M. Sueno Scheningensis*, ex Lectore Scarensi Episcopus factus est A. 1529. Religionis Evangelicæ studiosissimus propagator, ejusdéq; primus Episcopus Scaris. Mortuus 1556.

45. *M. Ericus Cervinus*, Scaris mortuus & tumulatus.

46. *M. Ericus* Hwaß/ paucis annis præfuit, Scaris occumbens.

47. *M. Ericus* Swart/ qui primùm Stregnensis; Dein Scarensis Præsul extitit; Postremò Ubsaliam revocatus, ubi mortuus & sepultus anno 1572.

48. *M. Ericus Falk*, brevi spatio Scarensē Episcopum egit, antequam Lincopensis Præsul est constitutus, ubi fatis concessit.

49. *Iacobus Iohannis*, Westrogoth: 37. ann: Episcopatum tenuit; Excessit demùm ann: Chr: 1592. ætatis suæ 90.

50. *M. Petrus Kenicius*, Bothn: ad Episcopale munus pervenit Scaris A. 1595. quod feliciter

citèr, piè & prudentèr gessit 14. an. Donec Archipræsul Ubs. declarat⁹ A. 1609. ut sup. d.

51. *Paulus Pauli*, olim Ludosensium Pastor egregius & benè meritus vir illi successit.

52. *Sueno Suenonis* diu etiam & quietè idem munus administravit; usq; ad annũ 1638.

53. *Doct: Ionas M. Wexionensis*, vir gravis & eruditissimus, diu antea Upsaliæ Philosophiæ & Theologiæ magnâ cum laude Professor, C. S. E. A. 1640. Episcopus declaratus; *nunc optimè praeest: Utq́ diu & felicitèr praesit animitùs exopto!*

CAP. VIII. *De Episcopis Stregnensibus.*

PRimus hic Episcopus, potius fundator, erat S. *Æschillus*, sub Rege Ingone 4. Martyr factus, Anno 1129.

2. *Gerderus*, S. Æschillo successit, A. 1131.

3. *Wilhelmus*, Episcopus pronunciatus est, An. 1176. Præfuitq; laudabiliter annis 48.

4. *Amundus*, in locum ejus venit An. 1291. Templum magnificè exædificavit: Quod eodem die quo consecratum, flammis consumptum est.

5. *Isarus*, eodem anno quo antecessor obijt, successit anno 1308.

6. *Storbernus*, qui fatis absumpt⁹, an: 1342.

7. Fren-

7. *Frenderus*, illi surrogatus, Anno 1344.
8. *Sigismundus*, qui Episcopatum rexit circa annum Chr: 1352.
9. *Turgillus*, debitum naturæ persolvit 1370.
10. *Thordo*, Episcopum Stregnens: egit A. 1380. Obijt verò 1401.
11. *Petrus*, Episc. claruit Stregn: an: 1408.
12. *Giorderus*, præfuit Anno 1411.
13. *Andreas*, Episc: confirmatus est an: 1417.
14. *Arnoldus*, præsul constitutus anno 1423.
15. *Thomas*, qui Episcopatum tenuisse traditur anno 1441.
16. *Ericus*, Episcopus declaratus ann: 1448.
17. *Sigismundus*, Episcopatū obtinuit 1463.
18. *Iohannes Magni*, Festo ascensionis Mariæ vitam finivit.
19. *Conradus* Rogge/ *I. U. Doctor*, Archidiaconus Ubsal: Stregnensis Episcopus creatus est, A. 1480 optimus Præsul. Chorum primarium templo cathedr. adiecit: & domum Episcopalem lapideam suo sumptu excitavit. Obiit A. 1501.
20. *Matthias Gregorij*, nobilitate generis & singulari rerum prudentiâ eximius, successit An. 1501. *Qui Christiernum sangvin: etiam ad sceptra Sueciæ promovit, ut esset à quo Holmiæ nefariè truncaretur 8. Nov. Ann. 1520.*

21. Io-

21. *Iohannes Andreæ Danus*, cog: Beldenacke/ antea Episc: Othon: â Christ: post fædam Episcoporum Holmiæ cædem, Præsul Stregnensis est pronunciatus: Quo instigante in viros innoxios adeò sævijt. Sed, accrescente R. Gustavi I. potentiâ, Suecis ob nefariū consilium exosus, in Daniam profugit An. 1521. Ubi ex meritò multa adversa habuit.

22. M. *Magnus* Sommar/ A. 1528. Episcopus proclamatus est. Sed Pontificiæ religioni addictior, à R. Gustavo I. nunc officio motus, nunc admotus, donec in nuptiis Regiis Ann. 1536. eandem ob causam Episcopatu prorsùs exciderit.

23. *Bothvidus*, primus Stregnensis Evangelicus Episcopus. Qui tertio R. Gustavi conjugio, ob propinquam affinitatem, obsistens, Episcopatu exuitur. Quem, decedente Rege, recipit, & per annum tenet; donec moritur.

24. M. *Ericus* Swart/ An. 1533. Bothvido cathedrâ moto, succedit. Quo iterum per Regem Ericum restituto; Searensis Episcopus constituitur, ut suprà dictum.

25. M. *Nicolaus Helsingus*, Pastor Gevaliensium, ad Episcopatum evectus A. 1562. quem felici successu tenuit ad annum 1585.

26. M. *Petrus Ionæ*, Professor Acad. Ubsal. confirmatus est Episc: Streg: 1586. Præfuitq;

magno

magno cum applausu ad Ann. 1608. quo fatis concessit. Fuit Vir eloquentissimus gravis & constans, exiliũ passus cum uxore liberisque, quòd Lithurgiæ sese opponeret.

27. *Doct: Laurentius Paulinus*, itidem Prof: Ubsal: consecratus est Episcopus Stregnensis A. 1609. Vir excellentèr doctus, gravitate & rerum experientiâ clarus, Anno 1637. Archiepis: declaratus est. C. S. E.

28. *Doctor Laurentius Wallius*, primarius Theologiæ Profess: Ubsal; ei successit; sed mox morbo consumptus obijt.

29. M. *Iacobus Zebrosynthius*, olim Profess: Ubsalensis: dein Holmensis Pastor, nec diu in hâc statione fuit.

30. *Doctor Iohannes Matthiæ*, antea Profess: Illust: Colleg: Holmens: deinde Præceptor & Ecclesiastes Regius an: 1643. Episcop: creatus adhuc optimè isto fungitur officio; *Utq; diu in Ecclesiæ Christi incrementum fungatur voveo!*

CAP. IX. *De Episcopis Arosiensibus.*

Inter Episcopos Arosienses qui ad posteritatem pervenère, primus est *Israël*, D. Johannis Angeli filius, inprimis monachus Sigtunensis apud Dominican: qui Ann. 1268.

Episco-

Episcopus pronunciatus; Obijt anno 1291. Sigtuniæ humatus.

2. *Petrus*, Episcopus declaratus est A. 1292. Tavvastos jussu Torchilli Canuti Regni Marschi ad Christianã religionem traduxit. Verum indignè à Torchillo in exilium pulsus, perrexit Nidrosiam, ubi mœrore contabuit.

3. *Nicolaus Catilli*, postea Archiepisc: Ubs: constitutus, qui Torchillo Can: honestam sepulturam negavit, quoad decollati hæredes CL libras argenti puri, pro injuria Ecclesiæ illata, numerarent. Obijt A. 1314.

4. *Odgislus*, Episcopus floruit anno 1343.

5. *Matthias*, Episcopum egit A. 1378.

6. *Hartlevus*, Episcopus salutatus A. 1380.

7. *Nicolaus*, Præsul Aros: claruit, A. 1396.

8. *Petrus*, Insignia Episc: tenuit an: 1412.

9. *Olaus*, præfuit anno 1441.

10. *Achatius Iohannis*, ex cœnobio Vadstenensi ad Episcopatum Aros: vocatus A. 1442.

11. *Olaus Gunnari*, dicti cœnobij Vadsten. alumnus, inauguratur Episc: Aros: an: 1456.

12. *Benedictus Canuti*, Archidiaconus Stregnensis, Episcopus Aros: consecratus 1461.

13. *D. Birgerus Magni*, genere & eruditio-

ne clarus, *Subdiaconus fuit Rom: Pontif: Præpositus Ubsalensis, Canonicus Merspurgensis, Lubecensis, Stregnensis & Aboënsis*; Episcopus Arosiensis proclamatus Ann. 1462.

14. *Lydechinus Abelis*, ex Canonico ecclesiæ Arosiensis, ejusdem Episcopus factus 1466.

15. *Olaus Andreæ*, qui cum aliquot annos Episcopale munus gessisset, eodem gravibus de causis privatus est, Anno 1487.

16. *Otto*, diu Episcopus Arosiensis; jussu M. Theodorici Slaghöök/ Christierni 2. præfecti vicarij captus, Holmiæ in squalido carcere mortuus est.

17. *Petrus Iacobi* cogn: Sunnanwäder/ An. 1522. Episcopus Aros: electus: Sed ob literas ad profugos in alienas regiones proditoriè scriptas, Episcopatu & regiâ gratiâ excidit, Ubsaliæ deinceps capite plexus.

18. *D. Petrus Magni*, Præses hospitalis. S. Brigittæ Romæ, inauguratus est Episcop: Aros: an: 1524. Et deniq; Arosiæ mortuus 1534.

19. *Henricus Norvegus*, Prior Dominicanorum Arosiensium, Episcopus designatus 1535. Primus reformatæ religionis Præsul. Vir prudens & peritus; Indeq; à R. Gustavo 1. rebus gravissimis sæpè adhibitus.

20. *Petrus And.* Swart/ concionator R. Gustavi 1. Vir eruditus & industrius an: 1556. Episcopus pronunciatus: Chronicon Rythmicum Gustavianum composuit.

21. Jo

21. *Iohannes* cogn: *Ofeg*, In sacra cœna licere quovis liquore uti docuit; Sed à M. Laurentio Nerikio Archiep. Ubs. refutatus est.

22. *M. Erasmus*, ritu fermè Pontificio Episcopus Aros: est inauguratus Ubsaliæ ann: 1575 è vivis excessit anno 1580.

23. *M. Petrus Bened: Oelandus*, non minus eruditione quàm humanitate comendabilis: Qui cum Arosiæ aliquandiu Præsulem egisset, ad Lincopensem Diœcesin commigravit, Anno 1589. de quo sup.

24. *M. Olaus Stephani Bellinus*, declaratus est Episcop: Arosiensis anno 1589. Qui piè & prudenter munus obivit.

25. *Doctor Iohannes Rudbechius*, antea Regius Ecclesiastes & Prof: Ubsal: publicorum commodorum studiosissimus: anno 1646. vitam & ecclesiæ curam finivit.

26. *Olaus Laurelius*, S.S. Theol: Doctor & diu Profess: Ubsal: posteaq; Metropolis Holmensis ecclesiastes laudatissimus: Vir eruditissimus atq; gravissimus, & pio Zelo ardens An: 1647. inauguratus, nunc præest; quod felix ac diuturnum vovi voveoq;.

CAP. X. *De Episcopis VVexionensibus.*

EPiscopatus VVexionensis fundator & *Primus* Episcopus numeratur *S. Sigfridus*, de quo supra.

2. Wexionensis Episcopus post S Sigfridum fuit *Nicolaus*.

3.	*Asmundus*.	9.	*Stenarus*.
4.	*Sigvardus*.	10.	*Iohannes*.
5.	*Iohannes*.	11.	*Gregorius*.
6.	*Richardus*.	12.	*Bono*, qui Anno
7.	*Gislo*.		1291. mortuus traditur.
8.	*Colo*.	13.	*Forcundus*.

14. *Asserus*, præfuit tempore Magni Ladulås/ anno 1.85.

15. *Boëtius*, A. C. 1343. ad Episcopatũ pervenit.

16. *Thomas*, quem R. Magnus Smeek/ cum Birgero Ulphonis, & S. Catharina D. Brigittæ liberis, fabricæ Vastenensis cœnobii continuandæ præposuit.

17.	*Henricus*.	18	*Petrus*.

19. *Hemingus*, vixit ann: Chr: 1393.

20. *Æschillus*, an: 1412. Episcopus claruit.

21. *Nicolaus Ragvaldi*, Vir clarissimus, præfuit Diœcesi Wexionensi 1433. Undè Ubsaliam translatus, ut suprà notatum.

22. *Laurentius*, ann. 1440. Wexioniæ Episcopum egit; Cuius vigilanti operâ & liberalissimo sumptu pleræq; præbendæ & Canoniæ illic fundatæ.

23.	*Gudmundus*.	24.	*Nicolaus* 3.

25. *Ingemarus*, nobili stemmate natus; fatis succubuit festo D. Francisci ann: 1530.

26. *Ionas Boëtij*, proclamatus est Episcopo

VVexios

Wexionensis A. 1529. Hic primus Antistitum VVexionensium reformatam religionem acceptavit.

27. *Nicolaus Canuti Smolandus.*

28. M. *ANdreas Laurentij* Grubb/ postea Archiepiscopus Ubsalensis.

29. *Nicolaus Stephani*, inprimis Pastor & Præpositus Oerebrogiæ: Dein Superintendens Jemptiæ: Hinc *Wexionensis Præpositus*; & deniq; ibidem *Episcopus.*

30. M. *Petrus Ionæ Angermannus*, Arbogensium antea pastor vigilantissimus, inauguratus est Episcopus Wexion: A. 1595. Vir prudentiâ, eruditione & gravitate conspicuus; Qui magno religionis orthodoxæ incremento diu præfuit: Donec A. 1631. VVexioniæ vitam finivit: ubi conditus est.

31. M. *Nicolaus Krokius*, antea Sch: Rector, hinc pastor Wexion: & tandem an: 1632 Episcopus. Vir doctus, liberalis & humanus; Cunctis benefacere studuit, Obitus eius incidit in ann: 1646.

32. M. *Iohannes Bazius*, olim Sch: Wexion: Rector, post S. Theologiæ Lector; deinde Junecopensium pastor; Tandem Episcopus VVex: ann. 1647. Biennium laudatissime præfuit: Et A. 1649. VVexioniæ obiit.

33. D. *Iohannes Laur: Stalenus*, S. Teolog: Doct diu magnâ cum laude Professor Ubsal: Dehinc Superintendens Durpatensis; nunc totius Cleri omniumq; bonorum ingenti cum applausu, administrationi admovetur.

CAP. XI. *De Episcopis Aboënsibus.*

ABoënsium *Primus* Episc. numeratur *S. Henricus*, ex Angliâ in Sueciam veniens, indè *S. Ericum in Fenningiam* plantandæ religionis causâ comitatus: Ibiq; crudeliter à nebulone quodam trucidatus.

2. *Rodolphus Westgothus*, in excursione Curetum captus, & in Curlandiam abductus enecatur.

3. *Folquinus nat: Suecus*, ex Canonico Ubsalensi Episcopus Aboënsis factus.

4. *Thomas Anglus*, ordinis S. Dominici, barbarorum se subducens excursionibus, in Gothlandiam abiit; ubi apud VVisbyenses A. 1248. decessit.

5. *Bero Westgothus*, R. Erici II. Secretarius & Consangvineus; in æde *Rendemechensi* sepultus scribitur.

6. *Ragvaldus*, itidem *Westgothus*, & *D. Birgeri Jårl Cancellarius.* In *Rendamechi* mortuus & tumulatus est.

7. *Catillus* pariter *Westg:*, primùm Valdemari Cancellarius: Dehinc Episc: Aboënsis. Collegium Canonicorum consensu R. Magni Ladulåås & mandato Urbani 4. Aboæ fundavit Anno 1266.

8. *Iohannes Prior Sigtunensis*: Primùm Episc: Aboënsis; Dehinc Archipræsul Ubs: factus.

9. *Magnus Fennus*, ex Canonico Episcopus

crea-

creatus: Qui permissu *Bonifacij* 8. Cathedralem Ecclesiam de Rendamechi ad Aboënses transtulit, anno 1300. In quâ ille primus tumulatur.

10. *Ragvaldus Alandus*, similiter ex Canonicatu ad Episcopatum evectus; Arcem Custöensem fundavit & ad fastigium erexit, Fatis concessit 1321.

11. *Benedictus*, Ubsal: antea Canonicus, qui supremum vitæ terminum clausit An: 1340.

12. *D. Hemingus*, in parochia Bäling natus, post Canonicatum Ubsal: & Aboënsem Episcopus declaratus, Ecclesiam Aboënsem liberalitèr dotavit. Et munere laudatissimè defunctus, Obiit An. Pontificatus sui 20. Christi autem 1367. ætat, suæ 77. Aboæ sepultus. Qui postea in Divorum numerum relatus, ossibus eius exhumatis & argenteo Scrinio immissis.

13. *Henricus Hermanni*, ex Præposito Episcopus consecratus; Sueciam petens morbo corripitur deceditq; An. 1368.

14. *Iohannes Petri*, Vir summæ eruditionis; adeò ut in Academiâ Parisiensi munus Magnifici Rectoris obierit. An. 1370. fatis concessit, Aboæ humatus.

15. *Iohannes Aboënsis*, Westphalus cog: præbendam & Chorum D. Catharinæ fundavit & locupletavit. Tandem Novogrodiæ A. 1374. mortuus, in dicto Choro sepultus.

16. *Bero Gregorij* Balk/ à quo archidiaconatus in Ecclesiâ Aboënsi, item monasterium Corosense & sacrum auroræ primùm excitata, Obiit an. 1412.

17.

17. *Magnus*, nobilis & famosi Olai Tavasti filius; Cujus tanta in Ecclesiam Aboënsem merita, ut paucissimis secundus censendus. *Qui Templa, arces, cœnobia, fundando, dotando, ornando, immortale nomen consecutus.* Cumq; A. 38. Episcopat. præfuisset decessit, an: Ch: 1452. ætatis suæ 95.

18. *Olaus*, Præpositus Aboënsis, & Christopheri ac Caroli Can: R. R. Consiliarius; prædecessoris nepos, Episcopus Aboënsis insignitus est an: 1450. Qui post annos 10. naturæ debitum solvit anno 1460.

19. *M. Conradus*, nobilis viri *Henrici Bitz Castellani Aboënsis filius*; In Italiâ apud Bernardinos jam senex, cum à Pio 2. Episcop⁹ est consecratus. Sed in patriam reversus, multa præclara in Ecclesiâ gessit. In arce Custöense, quæ eius tempore conflagraverat, decessit anno 1489.

20. *M. Magnus Nicolai*, Præpos: Aboëns: vir nobilitate generis, ut & eruditione ac constantiâ summâ insignis: an: 1489. Aboënsis Episcop⁹ designatus: anno verò sequenti inauguratus. Præsul pietate & munificentiâ clarissim⁹. Aboæ obijt 1500 ibiq; tumulatus.

21. *M. Laurentius Aboensis*, vir mitis & mãsvetus; ex Præposito Episcopus proclamatus an: 1500. seq: v. inauguratus. Cum septennium Ecclesiæ gubernacula magnâ cum lau-

de re-

derexisset, profectus est in Oelandiam, ubi apoplexiâ correptus post dies 40. obiit anno 1507. Aboam reportatus, apud prædecessorem sepultus.

22. *M. Iohannes Olai*, Archipresbyter Aboensis, Episcopus consecratus est A. 1507. Qui cum triennium Episcopatum tenuisset, in arce Custöensi proprio suffocatus bolo. 1510.

23. *Arvidus* Korck/ nobili stemmate nat9, & Ecclesiæ Aboensis Decanus, Episcop9 pronunciatus est an: 1510. Qui tyrannidem Severini Norby fugiens, navim conscendens unâ cum *M. Cunrado Ecclesiæ Ab. Decano*, aliisq; consangvineis & amicis, Bothniam petens, naufragio periit.

24. *Martinus* Skytte/ Legiferi Tavastensis filius, eruditione eximius, Prior cœnobij Sigtunensis, favore Gustavi I. primus Evangelicus Episcopus anno 1528. Hic 8. Stipendiarios in exoticis Academiis aluit, qui reversi multum in reformatione religionis præstiterunt. anno 1555. Aboæ requiem nactus.

35. *M. Michaël Agricola* Nylandus, ex Germaniâ redux, primùm Rect: Sch: Ab: egit: In quo munere Nov. Testamentum in Lingvam Fennicam transtulit. Dein seni Episcopo Martino Skytte Vicarius datus; ann: 1554. Diœcesi Aboensi plenè præfectus. Ex Legatione Moscoviticâ reversus præmaturâ morte obijt.

26. *M: Petrus Fullingus*, antea R. Sch: & Canonicus Lincop: pronunciatus Episc. 1558. Anno verò 1563. querelis cleri ob nimiam avaritiam apud R. Ericum oneratus, officio movetur.

27. *M. Paulus Iusten*, postquam Lutheri discipulus aliquandiu fuisset, reversus in patriam, primùm Rect: Sch: Ab. hinc Episc: Viburgensis, & Fullingo dejecto, Aboënsis constituitur. Sed in Moscoviam Legatus missus, triennali carcere ibi excruciatur; Ex quo liberatus mox decessit anno 1576. Abo tumulatus.

28. *M. Ericus Er. Fennus*, Rect: Sch: Gevaliensis, Episc: Aboensis consecrat an: 1583. Vir eruditissimus & gravissimus, favore etiam R. Johan: nobilitatus, anno 1625. obiit.

29. M. ISAACUS BIRGERI ROTHOVIUS Smolandus, *Caroli olim Princip*, postea Regis, Concionator aulicus, indeq; Pastor Nycop: anno 1627. *à Gust: M.* Episcopus constitutus, vigesimum jam 4tum annum summâ cum laude, multisq; meritis clarus, adhuc Episcopum & Academiæ Pro-cancell: agit. Cujus senectutem lenem faciat omnipotens.

CAP. XII. *De Episc. VViburgensibus.*

PRimus *VViburg:* Episc: fuit *M. Paulus* Justen/ unus ex 8. Martini Skytte Episc: Abo-

Aboënsis Stipendiarijs (*cæteri fuere Canutus Ioh: Thomas Francisci, Simon Henrici, Michaël Agricola, Martinus* Theit/ *Ericus Hercapaus &* *Iacobus* Theit.) Is cum socio M. Mich: Agric. à Botvido Stregn: Episc: sacris initiatus ann: 1555. *Fullingo* autem dejecto, etiam Aboensi Cathedræ admotus, ut sup. dictum; Atq; ita hæ Diœceses, vicissim aliquamdiu unitæ manserunt.

2. Vivente & ad Senium vergente M. Frico E. Ep. Ab. M. *Olaus Elimæus Fennus*, Holm: Pastor, antea ibidem Sch: Rect: constitutus, Vir pius & cordatus, ad ann: 1628. præfuit.

3. *M. Nicolaus Magni*, Ubsaliæ an: 1628. Episc: creatus, Vir mansvetus & humanus.

4. M. *Gabriel Melartopæus*, Vir doctus & gravis, ab Episcopo Aboensi, M. *Isaaco Rothovio* consecratus, morbo victus succubuit 1641.

5. M. *Petrus* Bingge *O-Gothus*, antea Lect: Theolog: Lincop: nunc eximiè huic muneri præest. Quod etiam diuturnum comprecor!

CAP. XIII. *De Revaliensibus Episcopis.*

REvaliæ, ut & *Rigæ* ac *Dorpati*, quondam sub papatu, potentes item fuere Episcopi non pauci; de quibus consule Descript. Liv. Ante annos 60. floruit Episc: *Revaliensis*,

M. Chri-

M. *Christianus Agricola*, fil: Mich: Agricolæ E, piscopi, Aboensis. Postea *Superattendentes* atq; *Præpositi* salutati sunt: qualis nostro ævo fuit, *Nicolaus Gasa*, doctus Theol:, diu cæcus.

Episcopus Reval: ante 12. annos sc: an: 1638. constitutus est M. *Ioachimus Iheringius*, antea Pastor Nycopensis; Vir doctus, eloquens & cordatus; qui adhuc magno Ecclesiæ bono hoc officio fungitur *O utinam diu & feliciter!* Ei quoq; Oeselensis Episcopatus, qui olim peculiarem habuit Episcopum, subiacet.

CAP. XIV. De *Superintendentibus.*

S*Uperintendentes*, qui re ipsâ ab Episcopis (uti nec voce; quamvis hæc græca illa latina sit; idem tamen significant.) nihil differunt, hi sunt:

1. *Calmarensis*; Quam primus obtinuit M. *Petrus Caroli*, sub R Joh: 3. Et Lincopensis Episcopus factus, eandem quoq; retinuit. At sub Episcopatu successoris M. Petri Benedicti Oelandi; constitutus est Superintend: Calm: M. *Laurentius Birgeri*, ann: 1599. Vir doctus & benè meritus; mortuus circa ann: 1603. Ei successit *Nicolaus P. Stregnensis*, Pastor, vir simplex; *Qui M Olao Arosi: Episcopo excludendo substituendus, repentinâ morte Arosiæ obijt.* Hujus successor erat M, *Ioh. P. Ungius*

Smo-

Smolandus, antea Sch: Wexion: Rect: mortuus ann: 1617. Ejus verò successor D. *Ionas Birg: Rothovius*, antea Pastor in Angelstada & quondā illust: R. Cancell: Orenst: Præceptor, in lingvâ Syriacâ cæterisq; orientalib9 apprimè versatus; constitutus an: 1618. post multa præclarè gesta obiit an: 1625. Ei successit M. *Nicolaus Æschilli*, qui hoc anno è vivis decessit.

2. *Mariæstadensis*, ubi M. *Matthias* an: 1603. in eo officio mortuus. M. *Ionas Nic:* Oriensulanus Smoland: anno 1611. Nycopiæ constitutus, jam ante triennium obijt. Et Superintendentia *Carolstadium* translata, cui nunc præest, M. *Sveno* ibidem Pastor; Cui itidem quævis felicia voveo!

3. *Gothebuigensis*, quæ primum M. *Sylvestro Phrygio* demandata, eoq; mortuo M. *Andreæ* Prytz/ nunc Lincop: Episcopo. Et demùm Doct: *Erico Brunnio* Angermanno, antea S. Theolog: Professori Ubsal: cui felicitatem ac diuturnitatem omnipotens addat. *Ei nunc quoq; Hallandia in Ecclesiasticis paret. Ut administratio Episcopatu minor non sit.*

4. Ingriæ & Alentakiæ Superintendentiæ, *M. Henric9 Stablius*, benè præest.

§. Dog.

5. Dorpatensis, quæ antea ad *M. Samsonium* Rigensem spectavit: ante aliquot annos *Doct: Johanni Staleno* demandata. Sed hic nunc inde VVexioniam vocatus est.

6. Bothniæ occidentalis Superintend: *M. Petro* Stöök antea Concionatori Regio, Hernösandiæ residenti utilitèr concredita est. *Atq; ita tot fermè nunc adjectæ sunt Superintendentiæ quot olim Episcopatus fuere. Unde cura Ecclesiæ patet.*

CAP. XV. *De Modernâ Ecclesiasticâ administratione.*

PAstores, *cum suis* Comministris *& Sacellanis, ecclesiastica curant; verbum docent, atq; Sacramenta administrant, Sponsos copulant, mortuosq; sepeliunt. Istorum* Inspectores *sunt* Præpositi, *singulis Territorijs singuli. Generalem verò Diœceseωn inspectionem habent* EPI-

SCOPI

SCOPI *cum* Consistorialibus; *Qui per visitationes ac anniversarias Synodos munus obeunt.* De quibus singulis, eorumq; officijs, fusiùs in disput. pol: 5. actum est. Nec non de Generali Consistor: Ecclesiast: de quo & Baaz. pleniùs Lib. 7. c. 2.

CAP. XVI. *De Scholis, Academijs & Gymnasijs.*

SCholæ nunc quàmplurimæ sunt; Cœnobijs monasticis longè utiliores. 1. Academia Ubsalensis, ubi à R. Erico Balbo collegium jam ante 400tos annos institutum; universitas Academica auspicijs D. Stenonis Sture Sen: & Archiep. Jacobi Ulphonis instaurata & diplomate Sixti 4. Pontif: confirmata, an: 1476. hoc verò seculo à R. Carolo IX. potissimum Gustavo M. & modernâ S.R. CHRISTINA, ultra communem Academiarum sortem magnificentissimè aucta. Acad: Aboensis ab eadem S. R. CHRISTINA an: 1640. fundata; ut Dorpatensis ann: 1630. à parente R. GUST: Ad: M. Subjacet

nunc

nunc quoq; Coronæ Suec: Academ: Gryph vvald: in Pomerania, ann: 1457. introducta Gymnasia; sunt Stregnense, Arosien Lincopense, Viburgense, Wexionense, Scarense &c. Revaliense & Rigense in Li von: & celebre *Stetinense* in pom: aliaq;. Par culares Scholæ tot sunt, quot urbes: Nonn læ etiam in pagis rusticis inveniuntur. V na igitur est Vastovij querimonia, de cœn bijs desolatis: Sanctius enim in his colleg vivitur, meliusq; Ecclesiæ & reip. per hæc prospicitur. Munificentia autem S. R M.tis & procerum R. in literarum officin ac literatos, nunquam satis laudari potes Sed ista volumen exigunt. Hic igitur ve contraho, & DEO omnipotenti, hanc faventem auram referens acceptam, anchoram figo.

FInis Relligio noster primarius alma;
Terminus hinc operis hic quoq; finis erit.
Una precor vireat nobis ac vera per ævum,
Ferveat hoc semper relligionis opus!
Donec in æternis carpamus sedibus illum,
Quem suevit fructum reddere salvifica!

FINIS. ANIMAD

Animadversiones & supplementa in Synopsin descriptionis Sueo-Goth: cum annotatis gravioribus erratis typogr:

AD c.1. lib. 1. Quod imperij Sueo-Gothici fines, meridiem versus, Balthico mari & Daniâ claudi, mox in principio asserantur; de prioribus terminis intelligendum venit. Nunc enim ultrà mare balthicum, Pomeraniam (*præter Rugiam insulam in ipso mari*) & Bremensem Ducatum, vigore pacificationis inter S. Imp. Rom. & S. R. M. Succiæ, quod pacis Instrumentum clarè ostendit, accessisse notissimum est; Atq; ita limites *ab hàc etiam parte vicissim dilatatos. Protulit quippe jam iterum magnitudo populi Sueo-Gothici, ultra* consuetos terminos, imperij reverentiam.

Neq; ijdem semper inter Suecos & Moschum sive Ruthenum limites fuere. Præterquam enim quod antiqui Reges Sueonum, uti ex eorum historia patuit, magnam Russiæ partem sæpè subjectam tenuerint; Ante 4. secula, cum Sueci Fenningiam atq; Tavvastiam subegissent; Rutheni bonam Careliæ partem præoccuparunt, vicini potentiam metuentes: ut olim in fluv.

kymene terminos voluerint. At sub R. Magno 3.tio Suec. & M. Duce Moscoviæ Georgio, termini in Systerbäk &c. positi fuere: prout pacificationis literæ inter eos dictitant: quos hîc brevitatis ergo non insero. Sed an: ch. 1617. post ingentes GUSTAVI M. victorias, limites ulteriùs dilatati sunt. Quod ipsum etiam pacificationis instrumentum dilucidè exponit.

Insula, quam Suecia, Gothia atq, Norvegia constituunt, græcis *Xenophonti*, *Lampsaceno*, *Pythiæ*, Basiliæ, *Ptolomæo* Scandia: *Plinio*, *Solino* & *Diacono* Scandinavia, *Iornandi* Scanzia, *Iacobo Zieglero* Schondia dicitur.

Quinimò Selandiam quoq, primariam Daniæ insulam, Gothiæ olim adhæsisse, & Suec. Regi ab initio paruisse, Stephanus Johannis Stephanius ex Edda fab. 2. in notis ad præfationem Saxonis Grammatici, hisce verbis edocet. (Quæ primùm literis runicis, mox Sueticis, ut nunc usitatæ sunt, tandem & latinis, ita sonantibus extant) *In Sueciâ Rex quidã imperium tenebat nomine Gylfi. Hic fœminæ peregrinæ adventanti & suavitèr canenti, tantum dono dedit terræ* (in regno suo,

ſuo, i Riki ſinu / habet originalis textus) *quantum quatvor boves unius diei & noctis ſpacio aratro præſcindere poſſent. Illa igitur aſcitis è cimbria Septentrionali quatvor filijs ſuis, quos ex gigante quodam ſuſceperat atq; in boves converſis (erat namq; è familia Aſiana, & vocabatur Geſion) eos aratro junxit. Hi verò adeò latè ac profundè vaſtum terræ tractum ſulcabant, ut non ſolùm à continenti eum ſepararent, ſed & occidentem verſus per mare traherent, usq; dum in fretis quibusdam conſiſteret, ubi quieſcere eum juſſit Geſion. Nomen verò huic terræ impoſuit Sælund. Eo in loco ubi extractum, ſucceſſit aqua, quæ jam mare vocatur in Suetia, ejusq; ita diſpoſiti ſunt ſinus, ut promontoria in Sælund. &c.* Sed iſta ex prædicto authore Dano, habeo. Peninſula fortaſſis initio, fuit, nunc inſula Selandia, tum Gothiæ adhærens, quam robuſti & laborioſi Geſionis filij, improbo conatu iſthmum perfodientes, atq; ita veluti taurinos labores ſuſtinentes, à Gothiâ disjunxerant. Maris autem fluctus eundo ac redeundo foſſam altiùs latiusq; excavarunt. Quamvis adhuc tranſitum navibus ſatis impeditum, magnâ ex parte eſſe ſatis con-

 ſtet.

ſtet. Quicquid tamen ſit, *Regni Suecici terminos huc olim porrectos fuiſſe patet.*

Cap. 4. lin. 4. & 5. leg. *denominationem.*

Inter montes Uplandiæ eſt, mons ruſticorum ad Tillinge/ Suec: Bondebårget/ à clade ruſticis, per fraudes Mechelburgenſium, tempore Alberti Regis illata, nomen habens.

Pag. 2. lin: 1. leg. *quas.*

Ad Cap. 7. Mons ſeu collis Weſtmanniæ, non incelebris eſt Balungzååş.

Cap. 8. Gothiæ inſigne, nunc non tam reflexâ leonis cervice, quàm erecti & proſpicientis pingitur. Quod & *D. Loccen: in antiquit: notavit.*

Cap. 9. de Gotlandia, inſtrumentum pacis inter Suec: & Dan: 1645. erectum inferatur.

Cap. 10. in pr. conf. c. 2. Kımıngzb. Vpl£. §. 9. Tå år thẽ Kununger til Land och Rikis laglıka kımın/ medh vpſweuın och Suderınannum/ Giötum/ och Guthum/ och allum Småſendingum.

De Ölandia lin: 7. leg. *parem.*

Cap. 11. De. Sylvis, montibus, aquis & amnibus Weſtrogothiæ, vid, LL. Weſtgoth.

Oppi-

Oppidis, post Scaras, adeendum Borhäß.

Cap. 13. Territoria ex confess: Fidei Ubsalens. 1593. eodem quo inibi ordine recensentur. al: Sic.

Östra Eyslet	Wisnums, Ölme, Kijls	Håredt.	Wäster Eyslet.	Nordmarck, Nääse, Jösse, Gilbärge	Håredt
	Frijsdalen. Elfwedalen. Bergzslaget.				

Et Oppidum Ohmåla pro Brätte inserendum.

Cap. 14. lin. 15. leg. Söderbärket.

C. 15. In territoria boreales provinciæ, Norlanden/non dispescuntur; uti dictum, politicè scilicet, Ecclesiasticè tamen in Præposituras: utpote in Helsingiâ, Söder och Norre Prosterijt/id est Australis ac septentrionalis præpositura.

C. 17. Blakzäßbergh/mons est. Sylvis adde Kalffskogh/Hambrångeskogh/ 6. mil. long: quam fl. Tönna Elff secat: multiq; lacus intersting uunt. Tönna enim pro Tona legendum. Et est ingens fl: Gestrikiam ab Helsingia dividens.

Add. lac. Dor.

C, 18. lin. 2. coma, post vocem *medio*, in-

sera-

seratur. Et pacific. Sueo-Danica novissima, sub finem annectatur.

Ad c. 21. Quamvis insulæ polo arctico viciniores dentur; nulla tamen regionum Suecico imperio subjectarum septentrionalior est. Lapponiæ autem seu Lappiæ potior pars Suecicæ coronæ paret.

Lin: 2. leg. *Septentrionalium*.

C 22. Immensa terrarum spacia inter Bothnicum Fennicumq; sinus non tenent tantùm Fenni, sed implent. pag. 2. l. 16. & 17. variæq nobiliores herbæ.

C. 23. lin. 1. l. Cajania.

C. 27. Nylandia in Borgoënsem ditionem, (Borgolån) & Rasborgensem (Raasborgslån) quæ à Comitatu Raasborgensi distincta est, dividitur.

C. 28 in fin. leg: Carelia Russica, seu ruthenica, Kexholmensi Gubernatori, & cum eâ Narvensis præfectura obedit.

C. 29. ad fin. Pogost/ idem ferè est quod territorium: Singulæ enim pogostæ suum peculiarem habent judicem. Minores tamen sunt; Et unicam ferè Ecclesiam constituunt.

C. 31. Nitaw/ inter Livoniæ oppida numera-

meratur, juxta antiquam Liv. deſcriptionem. Illud tamen Curlandiæ oppidum eſt. cæteris addatur urbs Parnaw; & nobilis arx Ermiß ad familiam de la Barre ſpectans.

C. 32. lin. 23. leg. *ædificijs inſtructa*.

Pag. 2. lin. 6. Wrangeliorum.

Ad num. 3. Olaus M. long. lac: Wäner 130. mil. latitudinem fermè totidem miliaria facit. lib 2. c. 19. 1. 2.

Ad N. 4. idem Ol. M. long lac. Wäter mil. 60. lat. 20 miliar: ital. ſtatuit lib. 1. c. 27. Eademq; §. 4. pag. 2. l. 9. pro *lectus* leg. *vectus*. In fine §. 5tæ, ſignum interrogationis deeſt.

Addi poteſt & lacus Lulaträſk/ in montibus Lappiæ; Juxta Ol. M. l. 2. c. 19. miliaria 300. longus & 120. latus.

C. 33. pag. 3. lin. 11. leg. *aliquamdiu*. Et circa finem ejuſdem §. lin. penult. leg. viciniæ Wiburgenſ: §. 4. Ladoga maximus Scanziæ lacus dicitur; Etſi enim alij majorem habeant longitudinem; Hic tamen ad rotunditatẽ, quæ figura eſt capaciſſima, proximè accedens, non immeritò maximus eſſe aſſeritur.

Lib. II. c. I. lin: 5. leg: *demonstrâri.*

Lin. 11. *myriades*: cape Synecdochicè; Aut lege; *Plures annorum millenarios &c.*

Lin. 17. ejus pag. ult. leg. *arcessentes.*

C. 4. pag. 3. à lin. 16. Philip. Nic. Salios ad Salam fl: ortos ait: ubi Salam Saxoniæ in Germaniâ intelligi posse, obstat vox *Scanorum.* Sala quippe Saxoniæ à Scanis procul abest.

C. 5. lin. 15. leg. *nimis audactèr asserat.*

Eod. c. p. 5. l. 8. *Thracium.* ibid inf. lin. 16. leg. *Magianus.*

C. 6. p. 2. l. ult. leg. uti & Alentakia, Wikia ac wiria.

C. 8. p. 2. l. 11. leg. wanaquist. lin. 16. & 17. leg. *negaverim.*

Lib. III. c. 3. in alphab. run. 3tio ordine de literarum valore; transposita sunt B. unico enim puncto in inferiori ventre notatum, bb. Significans, præcedet.

Eod. c. ad f. lin: proantepenultimam præcedente, leg. *constabant.*

C. 7. p. 4. Dat sing. der Fraw.

Not. in declinationibus & conjugationibus, ob pagellarum angustias, & typorum defectum, non exigua comatum & punctorum jactura occurit.

pag.

pag. 11. lin. 12. leg. *non magnâ, inter linguas, discrepantiâ.*

C. 8. p. 2. l. 10. Fett Feist.

C. 10. p. 6. l. ult. l. *fuerat.*

Ad c. 12. de ling. *Lapp. Literæ* eædem sunt quæ *Suecorum* & Fennorum. Earumq; mutatio non infrequens; Diphthongi verò frequentissimæ sunt. *Accentus* est in penultimâ vel antepen: ut Jubmel siudneti Almeia ednum. id est, Deus creavit cœ*l*um & terram. Partes orationis, ut alibi 8. Nullaq; generum differentia; ut tat, *hic; hæc, hoc*: tod vel tag; *hi, hæ, hæc,* Numeri duo, casus 6. Genitivus semper in n terminatur, cui accusativus similis est; ut vocativus nominativo. Dativus in i; Ablativus in t exit. *Addit*: cl. M. Joh. Tornæus 7. mum. casum, copulativum in m; ut Jubmelin / cum Deo. Poti Rossin; venit cum equo, Maatzi Puotzuin; redijt cum rangiferò. In proprijs tamen & gentilibus, inutilis hic casus perhibetur. Plura, declinationum & coniugationum paradigmata & hujus linguæ naturam pleni[9] exprimentia, iterandæ, bono cum Deo, editioni inserentur.

Lib: IV. c. 3. p. 3. lin. 2. leg: Joh. M: lib. 18. c. 7. &c. & lin. 5. leg. l. 4. c. 2.

C. 6. p. 2. lin. 5. leg. *coruſcante*.

C 8 p. ult. 1. leg *Ioh*. M. *lib*. 8. c. 36. &c.

Lib. V. c 4. tit. l de *priſcis Electoribus* &c.

C. 6. p. 3. l. 13. & 14. tegmen holoſericum; al: *thenſam* vocant.

C 8. p. 4. l 26. *L*umberi leges.

C. 10. p. 3. l. 9. pro, *quotidiè*: leg. *quoties opus* eſt p. 7. l. 14. *hi*, *S*cilicet territoriales judices.

Lib. VI. c. 1 p 3. l. 19. l. *alienigenarum*. p. 8. lin. 8 leg. ſenſerint.

C. 2. lin. penult. leg. *particulariter*.

C. 3. p. 3. lin 3 l. *exercitum*. p. 5. l. 3. leg. Marienborg. *A*rcibus adde Arensborg in Oſilia, inſula, &c.

C. 4 p. 2. lin. antep. poſt verba, *clarum eſt* punctus erit inſerendus.

Ad c. 5. conf. Ol. M. l. 2. c. 19. ubi ſic concludit: Hinc provenit Regem *S*ueciæ & Gothiæ, reliquis Europæ Principibus in omni theſauro & opulentia, nunquam eſſe aut fuiſſe inferiorem.

Pag. 8. l. 7. &c. 9f. Baaz. Hiſt. Eccl. lib. 3. c. 4. & 5. *Ad*

Ad c.6. Moneta sive numisma & cusa pecunia priscis seculis hîc rarior fuit, sed maximi precij ex optimo argento, ut una marca pecuniarum, marcæ argenti (quæ *Suec:* mark lödigh dicitur) æquivaluerit; id est 8. uncijs. Ita olim in moneta *Sigtunensi*, 4. numuli, 16tam unciæ partem argenti fecerunt. Tempore autem R. Biörnonis tertij qui urbem Biörköö fundavit an: ch. 817. marca *Suetica*, uti dictum, marcam argenti (1. Mark lödigh) valuit. *Ast* tempore D. Birgeri Jerl 1260. tres marcæ pecuniarũ duabus marcis argenti puri æquivaluerunt. Et ita consequentèr, admixto cupro, monetæ valor, etiam tum immutatus fuit. ut aliàs fusiús ostendetur. Fuerunt etiam olim duplices marcæ, karlgilla/ quæ meliores, & köpgilla/ quæ viliores. *Anglica* quoq, moneta hîc olim propter commercia, valdè usitata. unde antiqua monumenta *Sterlingorum* mentionem injiciunt.

C. 8. lin. 7. de R. GUSTAVI. M. allodialibus Ubsaliensi Academiæ dicatis, plenius vid: Baaz. lib. 6. c. 9.

Lib. VII. c. I. Holm: urb. insigne majus, Stoore klemman/ est caput S. Erici: minus *Sigil-*

Sigillum & quotidianum, *coronam* habet.

23. Platea, Konungzgatun d. l. in urbe est: Sed Drotninggatun & Regeringzgatun in suburbijs borealibus.

C. 24. lin: penult: leg. *moderni Episcopi antecessor.*

C. 39. lin: ult. leg. *canabis.*

Ad urbes quoq, referenda Nyenskantz Ingriæ, situ & mercimoniis commodissima.

Lib. VIII. De huius ordinis necessitate, & quantum intersit reip. illustres ac nobiles florere, aliàs plenius dissseretur. *Æterna enim naturæ lege receptum est ut inferiores præstantioribus pareant:* inquiente Dionysio.

Ad c. 3. Prisco ævo Regum liberi, non Principes sed Regũ filii, per excellent: Kungasoner/ & Kungabarn/ dicti sunt; ut Habor Kongason/ &c. Non secus ac Hispan: *Infante*, Gall: *Dauphin*, & Fr: R. Mon Sieur, appellitatur.

C. 5. sub Baron: Gyllenstierna/ p. 2. l. 5. lege *Borcholmensem.*

Ad finem huius cap. adiiciendus Baron: Bååt/ Quem virtutibus ac meritis excitavit

vit prælustr: ac Generosiss: D: D. Sewed Bååt/ L. B. de Bergwara/ Dominus in Skårsholm & Myrö/ Regni Senator gravissimus; In materteræ suæ mariti, illustriss: quondam Domini R. Ammiralij, D. Caroli Gyllenhielm/ sine liberis decedentis Baronatum, speciali S. R. M:tis clementiâ, & indulgentiâ succedens. *Quem ut in posteris diu florentem videat exopto!*

A. Septimo capite usq; ad finem libri numerus capitum, adiecta unitate corrigendus venit.

In Septimo cap. plura irrepserunt errata, quæ benignè sic corrigantur. In novissima ord: equest: *matriculâ inveni.* pro Wrangel de Lårie/ Wachtmeister/ p. 3. l. 5. leg. Gyllengrijp / p. 4. 8. pro Ekebo/ l. Ekeblad/ lin: antepen: pro Hiort/ l. Hierta/ p. 5. lin: ult. Excellentissimus Dn. Dn. Ioh. Salvius Adler inseritur: Qui tamen nunc Regni Senator gravissimus cluit. S. R. M:tis consiliarius & R. Cancellariæ &c. p. 6. l. 12. pro Börck/ leg: Bäck/ (Not: (*Assess. Aboënsis Christier.* Nic: Etsi nomen usurpet, Rosencrantz: Est tamen ex familiâ, Gyllenhierta/) Eadem paginâ post familiam Swinehufwud

in-

in Weſt: incuriâ ſive Typothetæ, ſive correctoris, ſive utriusq; exciderunt hæ familiæ: Crußhammar/ Brandt/ Bähr/ Langman/ Biörnram/ Stuwart de Hammarby/ Sabbelſtierna/ Dyker/ Hekeflycht/ Lund i Finland/ Ollon/ Ödelä/ Lind aff Hageby/ p. 7. 20. rop Sölffwerſkiöld l. Sölffwerbögel/ pro Fortuna. l. Håſtſkoo i Finland/ p. 8. l. 12. Olieqwiſt/ Hoc inſigne poſteris ſuis promeruit eruditione, meritisq, in patriam Excellentiſſ. *D. D.* Johannes Matthiæ, olim æternâ cum laude Præceptor & Eccleſiaſtes Regius, nunc Epiſc: Strengnenſis Reverendiſſimus.

Lin. 22. poſt Swanſtierna/ inſeratur, Roſenbohm/ poſt Biörnklo/ inſeratur Kugelhielm.

P. 9. l. 5. poſt Kanterſteen/ ſic emenda: PalmCron/ Glattſtein/ Luna/ Werdelet Udnie/ Sölff: &c. poſt Ekehielm/ inſere Cronlod/ poſt Brandt adde Åkerfelt/ Gyldenår/ Bohe/ Leyonram. Kempenſköld/ *Regius Simul & illuſt: Colleg: Secretarius eſt.* Poſt Pijlegreen/ ſubjunge Swanſtröm/ poſt Chemnitz, Gyldenbögel/ poſt Landzbergh/ urquard. poſt Durel/ Silfwerſwan/ Armlodh/ Örnſt. poſt Wolfzberg/ Familia de Målkyla/ poſt Hirtenberg/ Armfeld/ pag. 10. poſt Neder-

wud-

wudder; Wijnblad/in quâ famil. claret eruditione ingeniiq́, dotibus verè eximius, Johannes Wijnblad/Secret: Reg. Lånk &c. Matriculæ autem post Sigroter; Etiam hæ familiæ nuperiùs insertæ: hoc ordine. Rossen Sabel/Riethooff/Franefelt/Bäär/Bilenskiöld/Wollang/Ruhlman/Munk/Swerdfeld/Stiernehööf/(Sic enim legendum, nō Stiernefalk/ uti antea ex falsò rumore perperam positum fuit, Quodq; deprecor.) Berghskold/Gyldenroot/ Cöijet/ Weingarten/Ekenbergh/Lantzenfälk/Lillie Crantz/Willigman/ Blanckenfial junior, Granatfeldt/Behmer/ olim Prof: Ubs. &. Secret. reg. nunc Assess. jud. reg. cl. Daniel Behmer/Rheenfeldt/Schutzelhielm/Rosenlind/Kalmbergh/Pistolhielm/Stålhammer.

Ad c. 8. p. 4. A partibus R. Suec. Håkon Ring/contra Haraldum Hyldetond/Dan. pugnavit Stur robustus, Saxo lib. 8. pag. 144.

Ad c. III. Sereniss. autem atq; potentiss. REGINA moderna; ut favore & regiâ clementiâ in omnes imperij sui ordines, ita etiam illustris & equestris ordinis amplificatione, nulli priorum Regum cedit. Omnes

nes facilè superat: & vel hinc immortalem gloriam meretur.

Ad num: 3. ejusdem: c. Enormia delicta (Edzöresbråt) quæ bona simul & famam ac vitam lædunt; Comites sine Speciali S. R. M:tis consensu non condonant. Et in capitalibus dubiis Regii judicii, antequam exsequutio fiat, declarationem expectant: Quod jurisdictioni, ad interesse eorum non præjudicat.

Lib. etiam Barones juris dictionem in suos peramplam habent.

Ibid. num: 3. lin: 16. leg. *detrudi fas est.*

Lib. IX. c. 104. leg. S. Erici fil. post triennale.

C. 120 lin 7 pro Ryning/leg Lilia. Quamvis & ex illa familia maternum genus duxerit.

C. 123. l. 2. Erit Margareta Leyonhufwud.

C. 126. p. 3. l. 3. leg. certò.

Lib. x, c. 3. p. 2. l. 7. l. Stenchilli.

C. 5. num. 32. lin: 4. leg. Gustavi Trolle.

C. 7. num. 42. l. 1. leg. decollato. c. 11. n. 21. p. 2. leg. Alandiam. Capiti 14to Superintendens Gotlandensis addatur. Plura aliàs.

FINIS CORONAT OPUS.